



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Triplex Statvs; Ecclesiasticvs, Religiosus, & Sæcularis

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Sectio II. De Professione Religiosa Dubia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80707](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80707)

SECTIO SECUNDA.

De Professione Religiosa Dubia.

CAPVT VI.

Circa Religiosi susceptionem
status per Pro-
fessionem.

DVBIUM I.

Si Professio fiat sub conditione honesta de futuro, requiriturne nouus consensus, conditione purgata?

23
Nonnulla
præmittit.

PRÆMITTO, professionem Religiosam statum constituentem duplicem esse, tacitam scilicet, & expresse. *Capite Religi si de sentent. excomm.* Tacita iure antiquo duplici via inducebatur, nempe gestatione habitus professorum, vel alio us actus professorum exercitio. Expresse fit quomodocumque consensus sine verbo, sine scripto, sine nutibus declaratur. Porro si professio fiat sub conditione repugnante obseruationi paupertatis, castitatis, & obedientie; (traditione enim tria hæc vota continente debet necessario professio fieri) ea in Religione præscripta; professio non tenet. Quæritur vero, an si fiat sub conditione honesta, (id est, non repugnante) de futuro, requiratur nouus consensus, conditione purgata? ex gr. in Religione approbata, & in manu legitimi Prælati promittis castitatem, paupertatem, & obedientiam, si tuus pater consensum præstiterit, consentit pater: valetne professio?

24
Nouus consensus non
requiritur.

Valeat equidem, nec nouus consensus requiritur. Quia consensus præcedens conditionalis, purificata conditione, transit in absolutum, & absolutum inducit obligationem. Sic Sanch. *zl. 5. Decalog. cap. 4. n. 88.* & plures de matrimonio loquentes, quos ipse refert, ac sequitur *l. 6. de matrim. d. 8. num. 4 & 10.*

25
Requiritur
nouus consensus.

Non valet, sed debet nouus consensus accedere. Quia ad professionem necessarius est eo eius quo professus se Religioni tradat: sed consensus sub conditione de futuro non est huiusmodi, quippe non est consensus in traditionem præsentem, sed in futuram pendem-

tem, scilicet à conditione: Ergo non potest esse consensus ad professionem sufficiens. Ita plures Doctores, quos refert, ac sequitur Gutier. *l. 3. cano. 99. de matrim. cap. 13. & 14. Expres. Suar. tom. 3. de Relig. l. 6. cap. 12. d. num. 18.*

Idem censeo. Existimo enim talem professionem non esse professionem absolutam, sed pendellendam, sed votum simplex professionem seu emittendi, impleta conditione.

DVBIUM II.

Professio tacita induciturne ex usu, & exercitio actuum professorum?

Innui Dub. 1. fieri (ex communi sententia) professionem tacitam, exercitio alio actuum professorum, quod quidem ad sacramentum trutinam refero, requiritur, an vere inducatur tacita professio ex huiusmodi actus professorum exercitamento?

Inducitur quidem, quia *C. Vidua de Regul. vidua* sponte suscipiens conuersionis velum, quamvis non sacrum, & in Ecclesia efficiens oblationem, quam alæ virgines velatæ, & laicæ offerrebant, coacta fuit, periculerat: & ego ex solo exercitio actus absque habitu in eipione professorum, professio inducebatur. Certe si habitus professorum gestatio (vt innui dub. 1.) sufficiens est ad professionem tacitam inducendam, cur non erit actus professorum exercitamentum, cum non minus efficax signum sit actus, quam habitus. Sic Sylu. *v. Relig. 3. q. 19. Az. p. 1. l. 12. c. 4. q. 3. Sanch. l. 5. Dec. 3. n. 20 & al. j. Syluestro relati. Addidi, Absque susceptione habitus professorum, nam sicut peccare nonitiorum habitum antea necessarium erat omnino ex *Cap. Vidua*. Ne scilicet præsumatur, eum actum professorum exercitamentum potius esse iurisdictionis alienæ usurpatorem, quam verum professorem Religionis.*

Minimè inducitur professio tacita ex vso & exercitio actus professorum absque habitu eorumdem sacrem communis delatione. Quia *Non inducitur* professio tacita induci non potest nisi ex si-cum. gnus à iure statutis, nam est præsumptio iuris, & nullibi ius statuit exercitum actus professorum cum nonitiorum habitu à professorum indumentis distinctio esse professionis signum. Ita Suar. *tom. 3. de Relig. l. 6. c. 19. d. num. 7.*

Ita *Suar. tom. 3. d. 2. de statu Relig. punct. 1. num. 7.* Scio, primam sententiam communem esse satisque probabilem. At probabiliorem reor esse secundam. Nec enim contrarium amplius ex *Cap. Vidua* citato colligitur. Poterat namque placere, quod velum illud esse non sacrum, quia non

Secl II de Profes. Religiosa Dubia. 185

non erat velum virginum, quod bene dici solebat bene tamen viduarum professorum quod carebit benedictione. Verum qui gestans professorum habitum addidit actus profectis proprios in ætate pubere, professionem tacitam proculdubio inducet.

DVBIVM III.

Ut actus professorum exercitatio inducat professionem tacitam: requiriturne tridua saltem in eo perseverantia?

³¹ *Requiritur quidem.* R Equiritur quidem, quia in Cap. constitutionem in 6. expresse dicitur triduam perseverantiam in delatione habitus professorum necessariam esse ad inducendam tacitam professionem, & cum nullam exceptionem fecerit exercitij actum professorum, ab illa debemus abstinere. Neque obstat in Cap. Vidua videri esse factam exceptionem; quia ille textus antiquior est, & consequenter per textum in Cap. Constitutionem censetur limitatus: & quia non de solemnibus professione, sed de voto simplici castitatis videntur intelligi. Sic Suarez, *tom. tertio de Relig. libro sexto capite 19. numer. 14.*

³² *Non requiritur.* Non requiritur, sed sufficit assumptio habitus cum exercitio actus professorum, quia solatriduana delatio habitus professorum in anno novitatus absque vilo professorum actu tacitam professionem inducit. Ergo ex actu professorum nulla specialis præsumptio inducitur, si in actu professorum cum delatione habitus profecti tridua perseverantia requiritur. At communis sententia defendit, induci tacitam professionem professorum actu: Ergo induci debet sine tridua habitus professorum delatione. Ita Sanchez lib. quinto Decalog. cap. 3. numer. 21. Lessius lib. secund. cap. 41. dub. 7. numer. 47. Layman. lib. 4. tit. 5. capite 5 in princ.

³³ *Verius hoc esse reor.* Verius hoc esse reor. Licet enim in Cap. Constitutionem generaliter dictum sit, requiri habitus professorum per triduum delationem, hoc est intelligendum, absque exercitio actum professorum: ut si iura iuribus conformant. Igitur assumptionem habitus cum exercitio actus professorum, licet non additriduana perseverantia, ad professionem tacitam constitutendam sufficientem esse defendo.

DVBIVM IV.

Qui Religionem ingressus in re aliqua gravi accidentali deceptus: potestne expelli, post emissam professionem?

³⁴ *Certum est.* Certum est innaliam esse professionem ante decimum sextum ætatis annum Esob. & Mend. Theol. Mor. Tom. VII.

expletum emissam. Trident. sess. 25. capite 15. Item metu cadente in constantem virum factam. Si enim hic metus profectus, inveniatur, omnes Doctores sentiunt irritam reddi professionem saltem iure Ecclesiastico: quia sic supponitur consuetudine introductum in Cap. 1. De iis, quæ vi, ubi scemina ex metu professionem emittens, non compellitur in professione perseverare. Invalida etiam erit professio, si ex parte Prælati error sit in persona admittente, aut in conditionibus substantialibus requisitis. Ex solo autem errore in accidentalibus, irrita non redditur. Vnde elicio, non esse irritam professionem tacentis morbum contagiosum, quo declarato, non recipitur, quia cum hic morbus neque ex iure, neque ex speciali constitutione Religionis (ut suppono) professionem annullat, eius ignorantia vel error in admittente ad errorem in accidentalibus, non in substantia pertinet. Sanchez l. 5. Decalog. c. 4. numer. 57. Querierim autem, an sic admittens expelli à Religione possit?

Potest quidem expelli, quia in eiusmodi vitij taciturnitate gravis in Religionem ipsam culpa commissa fuit, quæ merito potest expulsionem vindicari. Sic Nauar. l. 3. consil. tit. de Regularibus conf. 25. alias 48. n. 2. & 3. Sanchez l. 7. de matr. d. 37. n. 53. Sa v. Religio, n. 34.

Expelli non potest, quia non videtur res adeo gravis esse, ut eius causa expulsio à Religione supplicium plane gravissimum, valeat infligi. Ita Mann. tom. 2. sum. c. 6. numer. 3. & 10. 3. q. Regul. q. 17. a. 9. Et Sanchez mutans sententiam lib. 5. Decalog. c. 4. numer. 57. plures referens.

Ego autem cum Ferdin. à Castro 10. 3. d. 2. de statu Relig. par. 2. §. 2. n. 4. distinguo si tentatis remediis per annum morbus non curetur poterit expelli tum ob deceptionis culpam, tum ad aliorum dampnum, ac contagij periculum præcauendum. Addit Doctor in Societate lesu absque vilo scrupulo expelli posse qui sic decipiens, vota Scholarium emitteret, quia cum non sint solemnia minorem causam ad sui dissolutionem expostulant, quam ea, quæ ad expellendos alio Religiosos profectos expostulantur. Sanchez 57. annotavit.

DVBIVM V.

Validane est, Professio à seruo emissæ sine domini consensu?

³⁸ *Nonnulla.* Ad professionis valorem etiam requiritur, ut quis servitute ligatus non sit, suppono re- quia fieret gravis iniuria domino, si servus occasione Religionis absque placito domini ab eius se subtraheret obsequio, cui ipse, ac sua tradita sunt. Capite si servus 1. & 2. 17. q. 4. Porro si servus Religionis habitum assumere, & in eo per triennium computandum vel à die, quo dominus id scire potuit: vel, ut aliis placet, à die assumpti habitus, perstiterit absque

absque domini reuocatione: eo ipso a Religione potest admitti, quia iuris dispositione censetur à domino emissus, *Cap. si quis incognitus* 17. q. 2. At si intra illud tempus dominus seruum reperit, etiam si professionem fecisset, debet reddi, fide tamen accepta de impunitio, quod si dominus noluerit profectum seruum habere, sed pretium illius, probabile satis iudico, teneri Religionem eius voluntati acquiescere, si culpabiliter seruum ad professionem admisit. Si vero nullam patruit culpam, non video quare ratione obliget ad abstinentiam seruus domino reddere: sufficienter enim satisfaciet, seruum reddendo. *L. ge. Suarum tom. 3. de Relig. l. 6. c. 6. per i. m. Lellum l. 2. c. 4. d. b. 3. n. 31. Quod si autem, an illa professio ante trentium facta absque domini consensu, sit valida?*

39
Non est
Valida.
Valida non est, quia seruus quoad actiones viles traditus est domino: Ergo tradere se Religionem non potest. Sic Palud. in 4. dist. 38. *question. 4. d. 2. num. 30. L. ius citat. Sanchez lib. 5. de Cal. c. 4. numer. 49. Azorius p. 1. l. 12. c. 1. q. 9. 3.*

40
Valida est.
Est valida. Quia neque apparet irrita ex iure naturali, neque ex positivo. Non ex naturali. Nam omnia vota seruorum valida sunt, neque dominus ea valet irritare absolute, sed solum impedire vnum sibi damnosum. Ergo stare optime potest, quod professio valida sit, & quod dominus illius vsu quoad obedientiam possit impedire: neque inde si non vouere obedientiam, vouet namque in animi preparatione. Ius autem positivum nullum est hanc irritans professionem. Ita Syluest. v. Religio 2. *quest. 3. Gregor. Lopez leg. 6. tit. 7. part. 1. Suar. 10. 3. de Relig. l. 6. c. 6. n. 3. & plures alij relati à Sancto vbi supra.*

41
Auctoris
resolutio.
Ego his haerens existimo, non solum ius non esse huiusmodi professionem irritans: imo ex *Cap. si quis incognitus* non leuiter colligi validam iudicari: quidem tempore transacto admissus ad professionem seruus reddi domino non debet, nisi ob distantiam praesumatur insufficienter non posse à domino reperiri. Ea tamen praesumptione facta, & domino reddatur, quamuis professus sit, Supponit ergo textus professionem validam fieri posse, domino non consentiente, & non obstante eius valore, obedientiae religionis usum posse impediri. Illud omnino certum, in Religione Societatis Iesu nullam esse professionem seu incorporationem per vota biennij à seruo factam, quia est vnum ex quinque impedimentis essentialibus. *Exam. gener. c. 2. & p. 1. confut. c. 3.*

D V B I V M V I.

Qui sine coniugii licentia professionem emisit, vobisne coniuge non petente, Religionem propria auctoritate deserere?

42
Certa respo.
ro.
Certum est, ad professionem requiri, ne professurus matrimonio cōsummato sit illigatus. Non consummato autem, licitus est

ad Religionem transitus, si aliud non obstat impedimentum. E. post alius consummationem erit licitus, si deus occasio perpetui diuorij ob formationem, hactenus, vel tunc. Porro post matrimonium cōsummatum, nullaque data perpetui diuorij occasione, si ad Religionem quis transiit, in eaque profectus tunc coniugis licentia, nulla etiam professio, ob praedictum coniugis, cui est ius quæsitum *Cap. licet. & Cap. Quidam. de conuers. coniugat.* Unde coniux in saeculo manens potest cum a Religione reuocare, illeque debet obedire, reuocatus tamen debet non potest petere, esse reddere teneatur, quia professio illa quoad obligationem non petendi acceptata fuit ab Ecclesia, vt pote quæ non cedit in coniugis non consentientis praedictum. Quod intelligo, nisi expressam voluntatem inde haberet non alter se obligandi ad castitatem, quam dependenter ab illa Religio; quia hic expressa voluntate posita, nulla potest esse obligatio, cum nullus vere sit Religiosus status assumptus. Sanchez l. 7. de matrim. d. 34. num. 3. Quæritur verò an qui in coniugis licentia professionem emisit possit coniuge non petente, Religionem propria auctoritate deserere?

Potest quidem. Quia solum professionis virtute stringi quis poterat, in Religione persistere, sed professio non tenuit. Ergo cessante causa obligationis, poterit igitur propria auctoritate, auhoritate Religionem deserere. Sic Sanchez l. 7. de matrim. d. 34. num. 15. citans Glosam, Innocentium, Archidiaconum, & Belameram.

Non potest propria auctoritate, sed necessaria est Iudicis Ordinarij facultas. Quia in Trident. *ses. 25. capite 19.* cauetur neminem posse habitum Religionis dimittere, nisi causa nullitatis coram Ordinario examinata: causa nullitatis coram Ordinario examinata: alias tanquam apostata debeat puniri. Et merito sic statutum est, ne Religiosi occasionem vagandi arriperent. Cum enim publice constitit Ecclesie de professione, publice etiam debet ei de illius nullitate constare, vt dissoluta censeatur. Ita Basil. Legion. l. 9. de matrim. c. 1. i. num. 8. Palao 10. 3. d. 2. de statu Relig. *punit. 2. §. 4. n. 3.* Fanetque decisio quædam Cardinalium apud Farinac. & Barboz in *supradicto Decreto.*

Cum his sentiens, primæ sententia Doctoribus adhæreo circa priorem Dubij partem, nempe posse illum Religionem deserere absque coniugis petitione. Nec enim aduersatur textus in *Cap. Placet.* dum inquit Redire verò ad saeculum in eius potestate non erat, sed in potestate mariti. Quia intelligi debet de reditu ad saeculum, coniugali copula intercedente, vti ex contextu constat, quod in sola mariti potestate erat: siquidem ipsa ad debiti petitionem ob votum castitatis emissum erat impedita. Non tamen ibi negatur, posse illum ad saeculum redire à petitione debiti abstinendo. Licet autem possit absque coniugis petitione ad saeculum redire, non tamen absque Iudicis Ordinarij auctoritate. Nam esset sic professus contra coniugis voluntatem teneatur se ei resistere: id tamen præstare debet iuris ordine seruato, scilicet

Sect. II. de Profes Religiosa Dubia. 187

felicitate auctoritate Iudicis, qui causa cognita, nullitatem professionis declaret.

DVBIVM VIII

*In necessitate gravi teneturne Religiosus
parenti succurrere, etiamsi opus sit
habitum deserere?*

DVBIVM VII

*Episcopus, qui absque Pontificis fa-
cultate Religionem ingreditur:
emittitne professionem
validam?*

46
Certa sup-
pono.

Conditio requisita ad professionem est libertas à vinculo Episcopalis dignitatis alterius benéficio. Regula certissima est Episcopum, qui abique summi Prælati licentia in Religione proficetur, graviter delinquit. Quia ob bonum Ecclesie, cui Episcopi sunt addicti illis est interdictum Cap. licet, de Regul. & Cap. N. si cum pridem, de renuntiati. Quæritur vero, an sic facta professio valida sit?

47
Non est
valida.

Valida non est, quia professio vinculum Episcopale non dissolvit, illo autem non dissoluto, non potest consistere. Non enim apparet, quoniam modo Religionis ob equio, & regularis Prælati voluntati se allegare valeat Episcopus, maxime cum suscipiens Religionem, statum minus perfectum eligat. Sc. Valenti. 2. d. 10. q. 3. pun. 4. vers. Tertius casus.

Est valida, quia ex iure positivo non inveniuntur irrita, ut ex Cap. Nisi cum pridem, de renuntiati. Cap. Inter tempore alia, de translat. & Cap. licet, de Regular. quæ expressus de hac materia loquuntur, constat. Ex his enim testibus solummodo constat, nequam posse Episcopum renuntiare abique Pontificis auctoritate, & ex causis à iure præscriptis: non tamen professionem esse nullam. Ex iure vero naturali non annullari, mox ostendam, ita Saar. tom. 3. de Relig. l. 6. c. 8. num. 7.

48
Hoc deservit.

Sapientissimo hæreo Doctor. Cui resolutioni non obstat, si quis obiciat, impedita, & annullata renuntiatione Episcopatus, impediri, & annullari transitum ad Religionem, qui cum retentione Episcopatus, & obligatione ibi assendi, & illius exequendi munera consistere nequit. Non inquam obstat, quia Religiosi status essentia saluari optime potest ex eo, quod assumens illi, se Religioni tradat paupertatem, castitatem, & obedientiam observaturus quantum possit: tamen ex aliqua occasione, & obligatione antecedenti ab eius plena executione impediatur. Ut videre est in Religioso assumpto ad Episcopatum, qui retento statu Religioso, & illius nativa obligatione, muneris Episcopalis obligationem subit. Et ex hac ratione constat, iure naturali non annullari professionem ab Episcopo factam.

49
Nemulla
ecolo.

Conditio ad statum Regularem ineundum est, ne parentes graviter indigeant. At non est necessaria ad proteles omni valorem, sed ut licite status assumatur, quia nullus est textus, quo professio huiusmodi irrita reddatur. Porro liber erit Religiosus professione emissa ab obligatione succurrendi parenti, si Monasterium eam vult subire. Certum autem est, in necessitate extrema teneri filium parenti succurrere eo modo, quo possit, sine parentis in eam egstatem incidere post professionem, si antea in ea fuerit constitutus, quia hæc necessitas temper videtur excepta. Quæritur vero, an in gravi necessitate teneatur, etiamsi opus sit habitum dimittere?

50
Tenetur
quidem.

Tenetur filius, etiam Prælati invito, subtenere parenti, relinquendo Religionem habitum si opus faciat, siue parens affectus exitu sit gravi necessitate hac ante professionem, siue post in illam incidit, quia obligatio filij comparatione parentis est adeo intrinseca, & ac naturalis, ut ab ea eximi non valeat ob statum perfectum assumptum, censendus enim est illum statum assumptum salua hac obligatione. Sic Lantem. in concord. Enang. cap. 60. Palac. in 4. dist. 38. d. 1. ad 3. & alij relati à Sancio l. 4. Decalog. cap. 20. n. 25. & à Suario tom. 3. de Relig. lib. 6. cap. 9. numero 4.

51
Non tenetur.

Non tenetur filius professus egredi è Monasterio absque legitima Prælati licentia nec à fortiori habitum dimittere, licet patet professionis tempore in gravi necessitate fuerit constitutus, quia professione ita mutavit statum, ut sui iuris non sit, sed Prælati; Ergo nolente Prælato: ut è Monasterio egrediatur ad subueniendum parentibus, celandus est Religiosus ille factus impotens, sicut enim nequit Religiosum deserere statum, sic nec potest obedientiam omittere, ita D. Thom. secunda secunda quæst. 101. artic. 4. ad 4. Caietan. ibi. Corduba sum. quæst. 141. artic. secundum in 4. opin. Sà v. Religio. num. 2. Mann. Regul. 99. tom. secundum q. 57. articulo 3. Sanchez l. 2. Decalog. ap. 20. n. 17. al. os cirans Layman. libro quarto tract. 5. caput 4. num. 2.

52
Mediam
vero viam.

Vnam & alteram sententiam probabilem esse iudico. At ego cum Tolero lib. 5. c. 1. n. 6. Suario to. 3. de Relig. l. 6. c. 9. à n. 8. Lessio l. 2. c. 41. dub. 3. n. 34. & aliis, mediam vero viam asserens Religiosum professum obligatum esse è Monasterio egredi, & si sit opus habitum dimittere, ut parentibus succurrat, casti, quo illi tempore professionis in ea fuerint necessitate, secus si post professionem in illam incidit. Ratio prioris partis est, quia filius, qui tempore professionis adstrictus est subuenire parentibus Religionem se tradit

Q 4

cum eo onere. Nec enim æquum erat, ut per professionem a se hanc naturam obligationem excluderet. Secundam partem probō, quia obligatio filij succurrendi parentibus adueniens professioni factæ, metienda est iuxta statum Religionis: siquidem hunc filius nequit relinquere: sed status Religiosus non permittit, inuito Prelato è Monasterio egredi, & habitu dimisso, in sæculo vivere: Ergo filius professus non tenetur hac via parentibus subuenire.

subactus absolute, expediebat in se tam grani plenè illi esse subiectum, ac subordinatum. Ita Palao. 3. d. 2. de statu Relig. p. 3. n. 5.

Placet opinio. Hac enim de causa Nicolaus III. in Cap. Exiit, de verbor. significat. in 6. §. Verum quia expresse dixit, Generalem Ordinis D. Francisci posse Provincialibus licentiam recipiendi coactare, non obstante, quod potestas recipiendi inter ordinario Provincialibus competat. Mecum Sanchez ubi supr. duplici exemplo id confirmans.

DV BIV M IX.

*Generalis, vel Provincialis Religio-
nis potest potestatem inferiori tradi-
tam ad acceptandum professuri tra-
ditionem ita restringere, ut eo in-
consulto, irrita sit receptio?*

53
Nihil
suppono.

Suppono, debere esse aliquem, qui nomine Religionis traditionem Religiosi acceptet, obligetque Religionem ad Religiosum retinendum, alendum, ac gubernandum iuxta Religionis institutionem, quia professio est mutus contractus, ac reciproca obligatio Religiosi, & Religionis. Cap. Porre-ctum, Cap. Ad Apostolicam, de Regularib. Verum in nostra societate huiusmodi potestas acceptandi traditionem penes solum Præpositum generalem est, qui eam communicat, quibus expediens esse censet. Regulariter autem etiam ad vota biennij nulli Rectorum generaliter communicatur, sed solum Provincialibus. In aliis religionibus spectanda est forma à sede Apostolica præscripta, pro ut vsu & consuetudine est declarata. Regulariter nullo Prelatus absque sui conventus consensu potest novitios ad professionem admittere: neque conventus sine sui Prelati consensu, quia illa receptio utrique utilis, vel nociva est. Lessius l. 2. c. 4. d. 6. 7. numer. 61. Sanchez l. 5. d. 4. c. 4. numer. 65. Difficultas autem est, an Generalis, vel Provincialis ita possit facultatem inferiori traditam ad acceptandam profitentis traditionem, ita restringere, ut eo inconsulto irrita sit receptio?

54
Non potest. Non potest, quia inferior Prelatus v. gr. Prior, Abbas, Guardianus, Rector conventus non accipit potestatem recipiendi novitios ad professionem à Provinciali, vel Generali sed immediate à Pontifice, seu à tota Religione ex Pontificia auctoritate eo ipso, quo superior est, ut supponimus: Ergo nequit superior Prelatus hanc potestatem inferiori restringere; in ea enim potestate ei subordinatus non est, neque inferior dicendus. Sic nonnulli quorum sententiam Ferdinandus à Castro inducit esse veram, cum contrariam ait esse veriorum.

55
Potest qui-
dem ex
causa iusta.

Potest quidem potestatem illam, causa iusta intercedente, restringere, quia etiam inferior Prelatus potestatem admittendi ad professionem à superiori non recipiat: at vsu, & exercitum illius ab illo habet dependentem; d enim recto Religionis regulam accinita cum sit illi inferior, &

DV BIV M X.

*Religio potestne compellere Religiosum
qui tentavit Professionis nullitatem,
nec probavit, ut illam ratificet?*

Certum mihi, nullam esse obligationem servandi paupertatem, castitatem, & obedientiam ex professione nulla, quia ea obligatio oritur nequit nisi ex vero voto: sed votum in professione emissum nullum est, nulla existente professione: quippe est illi essentialis, vel accessorium: Ergo nulla est obligatio. Addo, invalidè professum obligatum non esse suam professionem ratificare, quia professio est status ita difficilis, ut ad illum suscipiendum contra propriam voluntatem nullus sit obligatus; Quæstio autem est, an Religio compellere possit Religiosum, qui tentavit suæ professionis nullitatem, nec probare potuit, ut verè & ex animo illam ratificet?

Potest quidem, quia Religio habet ins huiusmodi professum retinendi: Ergo habet ius ut debito modo retineat: sed debitus ac conveniens modus retinendi Religiosum est eum votorum vinculis, & professione alligare: non enim debet esse retentio coacta, sed voluntaria: Ergo. Sic Suarez. tom. 3. de Relig. l. 7. c. 2. n. 7. & 8.

Minime potest Religiosum ad veram ratificationem cogere, quia hæc Religionis potestas hand potest nisi ex professione oriri: Ergo pro qualitate professionis est potestas. Cum autem professio vera non sit, sed solum præsumpta potestas cogendi Religiosum vera esse non potest, sed solum præsumpta, ita Sanchez l. 7. de matrim. d. 37. numer. 38. Lessius l. 2. cap. 4. d. 7. numer. 55. Nauar. l. 3. consil. tit. de Regular. consil. 5. & comment. 4. de Regular. numer. 74.

Scio Suarium primam sententiam probabiliorè esse dixisse. At ego probabiliorè Auctoris credo esse secundam. Nam leges in falsa præsumptione fundatæ obligationem in conscientia non inducunt, ut docet Palao tr. de legib. d. 1. p. 14. numer. 12. Ergo ex vi legis, & præcepti impositi ob hanc falso præsumptam professionem nulla in conscientia potest obligatio in lucem, Addiderim, Religiosum media professione non se Religioni tradere, ut illi compellat ad profitendum, sed ut illum compellat ad servandam professionem. Ergo solummodo hanc compulsionem potest Religio gerere, non illam.

DV BIV M

DVBIVM XI.

Ad ratificationem Professionis inualide, nouitatus estne repetendum?

61
Plura de
ratificatio-
ne profes-
sionis.

Cum impedimenta plura sint, ex quibus professio valeat annullari, vel tenentia ex parte solius profelsi, vel ex parte solius Religionis, vel ex parte utriusque: ratificationem professionem debet tolli impedimentum, & adesse nouus consensus tum profelsi, tum Religionis: qui quidem consensus debet esse ex nouita nullitatis. Porro reualidatio professionis inualide induci potest delatione habitus profectorum per quinquennium, & exercitius eorundem, quia his signis potius ius praesumit, professum post scientiam nullitatis suae professionis, denuo consentire. Quæstio autem gravis uoluit, num ad hanc reualidationem agenda sit nouitatus repetendus? Et quidem quando professio nulla fuit ex eo, quod integer annus probationis præmissus non fuerit certum est præmitti debere, quia Trident. sess. 25. c. 15. expresse annullat professionem factam ante decimum sextum ætatis annum, & ante expletum annum probationis integræ & ualide præcessit, & professio ob aliud impedimentum nulla fuit, requirere, an sit nouitatus iterandus?

62
Repetendus est nouitatus
est non tina-
tus.

Repetendus quidem est, quia nouitatus ita professioni est necessarius præmittendus ut professio immediate nouitatum succedat. alias interruptione illa quasi extinctus censeri debet. Sic Saar. tom. 3. de Relig. lib. 7. c. 1. n. 34.

63
Non est repetendus, quia finis Tridentini statuentis probationis annum, fuit, ut Religio mores profelsi, & professus asperitantes Religionis latè experiretur: sed hoc experientium eodem proliis modo habetur sine professus sub titulo nouitatis, sine sub titulo profelsi in Ordine persistat. Ergo eo casu probatio rigorosa necessaria non est. Certè si annus probationis ad reualidandam professionem necessarius esset, deberet professus manifestare Religionem professionis nullitatem ut eum in probatione teneret: At dum Religio reputat illum professum esse, nequaquam in probatione retinet, de consensu est probatum dimigere, si dupliciter: sed potius illum retinet, quia existimat, rite esse probatum, nullamque eum dimittendi potestatem habere. Debet ergo Religio cognoscere, se Religiosum probare, ut ipse in probatione consistere censendus sit. Hoc autem præterquam quod difficillimum est, admodumque durum, admittendum non est abque manifesto textu, vel ratione, que nulla sunt. Igitur in eo casu nouitatus necessarius est ad professionem ratificandam. Ita Azor. p. 1. l. 1. c. 1. q. 6. 5. nich. l. 7. matrim. d. 37. num. 47. Lel. l. 2. c. 41. d. b. 7. n. 66. & alij.

64
Sententiam esse indicatam. Nam quando nouitatus vali-

das, ac integer præmissus fuit tanquam certum supponit Sanch. num. 45. Tridentinum enim solum requirit ad professionis ualorem ut illam emittens per annum post habitum suspensionem in probatione extiterit. Quod opumè verificatur de eo, qui inualide professus fuit, & per annum integrum post susceptum habitum in probatione extitit. Neque inde fit, nouitatum iterandum non esse ab eo, qui completo anno probationis, nouitatem professionem facere, sed Religionem dimisit, vel ab ea fuit expulsi, & postea habitum re relapsit, quia de eo non verificatur, post susceptum habitum quomodo professio subsequitur in probatione per annum extitisse; nam prima susceptio habitus dimissione illius omnino fuit extincta.

DVBIVM XII.

Quinquennium, intra quod licitum est Religioso ex nullitate Professionis reclamare, computaturne à Professionis die?

Tridentini decretum sess. 25. capite 19. præmittit. Quicumque Regularis praesumit, se per vim, & metum ingressus esse Religionem: aut etiam dicat, ante ætatem debitam professum fuisse, aut quid simile, uelleque habitum dimittere quæ de causa, aut etiam cum habitu discedere sine licentia superiorum: non audiat nisi intra quinquennium tantum à die professionis, & tunc non aliter, nisi causas, quas præstenderit, deduxerit coram superiore suo & Ordinario. Quod si antea habitum sponte dimiserit, nullatenus ad allegandum quamcumque causam admittatur, sed ad Monasterium redire cogatur, & tanquam apostata puniatur: interim uero nullo sua Religionis privilegio inuenitur. Ex quibus uerbis quæstio grauis excitatur. An quinquennium computandum sit à die professionis.

A professionis die computandum non est, quia sæpe ab illo die non cessat impedimentum, quod nullam reddit professionem, & computandum quinquennium à die professionis. sæpe ignoratur, ob illud impedimentum professionem nullitatem laborare, quomodo ergo quinquennium à die professionis. Deinde ex hac quinquennij perseverantia præsumitur Religiosum illum suam professionem ratificasse, casu quo nulla fuisset: At si toto fere quinquennio durauit impedimentum quod reddidit professionem nullam, aut illius ignarus ille fuit, nulla ratione poterit ius eo tempore præsumere, professionem ratificari, cum id sit impossibile: Ergo quinquennium, ex quo præsumptio hæc desumitur, non à die professionis, sed à die sublati impedimenti cogniti est computandum. Sic Palao tomo tertio d. 2. de statu Relig. p. n. 7. n. 3. & 5. & Sanchez citandus ait esse probabilem.

Computandum est à professionis die. Quia Concilium,

*A die pro Concilium, Nisi intra quinquennium (sic) professionis est tantum à die professionis computandum, Ponderanda etenim dictio illa Tantum, quae ex-
Ausina est, & affirmativa illius quod ponit,
dum.*

& negatua omnium aliorum casuum prae-
ter expressos, leg. Obas, C. de praeiis minor.
leg. contrarium, ff. de reg. l. iuris, cap. cum Ec-
clesia, de causa posses. & propriet. Praerea
dictio Tantum necellario non erat, sed addita
fuit maioris graui claritatis, & vt nullus
ambigendi locus superesset, numerationem
agendam à professionis die, procedereque
contra ignorantem, & impedire. Ita
Sanch. l. 7. de matr. d. 57. à n. 19.

68
Priorum
sententiam
el gendam
dixi.

Priorem sententiam probabiliorē planē
eligo. Nam hoc quinquennium, quo trans-
acto, interdicitur Religioso potestas suam
professionem oppugnandi, licet praescriptum
non sit in odium suae negligentiae, sed in Re-
ligionis, ac Religiosorum quorum: at praes-
criptum est ob praesumptionem professio-
nis eo tempore ratificatae: sed durante impe-
dimento, illudque ignorante Religioso, pro-
fessio nequit ratificari: ergo non potest esse
praescriptio pro illo tempore. Ceterum haec
doctrina non pugnat cum Tridentini decre-
to dicentis quinquennium ad reclamandum
computandum esse à die professionis tantum.
Quia id debet intelligi casu, quo ab ea die
cesset impedimentum, quod verē esse tale
Religiosus dignoscebat.

DVBIVM XIII.

*Si quis certo dignoscat, suam Professio-
nem esse nullam, nec ratificasse:
peccatne lethaliter, habitum dimi-
trens, & fugiens absque sui superio-
ris, & Ordinarij licentia?*

69
Status quo-
stionis.

Notanter dixi, si certo dignoscat. Nam si
dubius haeret, spectanda est natura du-
bii, vt inde inferatur, pro quam parte sit
possessio, an pro illius, an pro Religionis
parte. Sed in casu certo peccatne lethaliter
qui habitum dimittit, & fugit absque supe-
rioris, & Ordinarij facultate.

70
Non peccat
lethaliter.

Non peccat, quia cum non sit verē Reli-
giosus, ex nullo capite nasci potest obligatio
perpetuo in Religione manendi. Neque ob-
stat Tridentinum grauitur puniri imperans
sic fugientes, quia punit, eo quod praesumit
verum Religiosum esse, & consequenter
absque legitima causa fugere. Sic Nauar.
comment. 4. de regularib. num. 77. Sa v. Religio,
num. 71. Barbosa p. 3. de potest. Episc. allegat.
104. num. 12.

71
Lethaliter
peccat.

Peccat equidem, quia cum in foro Ecce-
siae tanquam Religiosus habeatur, merito
debet Ecclesiae iudicio dissolui, (si id facile
fieri potest) ad g. ve scandalum Etandum,
Ita Suar tom. 3. de Relig. l. 7. cap. 3. num. 11. 12.
& 13. Lessi. l. 2. c. 4. d. 1. 7. n. 65. Sanchez l. 7.
de matr. d. 17. n. 1.

72
Distinctio.

Ego quidem crediderim si professio ita nul-
la sit, vt credat ille absque graui difficultate

se posse illius probare nullitatem, mortaliter
desinere, si secreto fugiat, habet tamque
dimittat; quia Religio enim propria auhorita-
te priuat possessionem quam habet cum re-
tinenti. At si absque graui difficultate ne-
quit professionis probare nullitatem, vel qua
à Religione impeditur, vel quia ob eam cau-
sam diuexatur, vel quia testes nolunt verita-
tem aperire, vel quia impedimentum eius
naturae est, vt probationem non tribuit; nullum
perpetrat delictum fugam, dimisso habitu,
aripiendo, quia id quod absque graui dif-
ficultate fieri nequit, moraliter est impos-
sibile: sed stante impossibilitate probandi
nullitatem professionis, non tenetur Religio-
sus eam probationem intentare: ergo, omnia
illa probatione, fugere potest; quia in pro-
pria libertatis obicit, nulloque Religiosis
vinculo tenetur. Mecum Palao tom. 3. d. 2. de
statu relig. p. 7. n. 10.

DVBIVM XIV.

*Si sublatum sit impedimentum Profes-
sionis, & nulla adfuit impotentia
intra quinquennium reclamandi:
potestne Religioso illi dari in inte-
grum restitutio?*

Prescribit Concilium in illo decreto
sess. 25. capit. 19. ne elapso quinquennio
Religiosus audiat, hoc est, admittatur
ad allegandas causas nullitatis suae professio-
nis: eo quod praesumit, eo tempore profes-
sionem ratificasse, si forte nulla sit. Porro si
impedimentum professionis intra quinquen-
nium sublatum fuit, & nulla adfuit impoten-
tia reclamandi, vel illa adfuit, eam probare
liquido non potest, & ex alia parte professio-
nem non vult ratificare: nulla superest via,
vt audiat, nisi viatur restitutionis in inte-
grum beneficio. Quaeritur autem num pos-
sit in hoc casu dari Religioso illi restitutio in
integrum.

Dari non potest, quia matrimonium &
professio semel facta, indissolubilia sunt, & Dari non
restitutio conceditur ad dissoluenda ea, ad-
uersus quae datur. At Tridentinum statuit re-
ualidari professionem gestatione habitus
professorum, & eorum exercitiis per quin-
quennium: ergo eo elapso, non potest esse
restitutio, quae hanc reualidationem infir-
met. Sic Flamin. l. 13. de resignat. benef. qua-
stione quint. numero 46. Zual. praei. 99. quaest.
500. fine.

Potest dari aduersus hunc quinquennium
restitutio, sicut in aliis materiis, quia restitui-
tionis beneficium aduersus praescriptionem
longi temporis iure speciali, & extraordina-
rio tam minoribus, quam maioribus con-
ceditur, inersimodum tamen, vt constat ex cap. 1.
& 2. de restitu. in integrum l. 6. & ex leg. 1. §.
fin. ff. ex quibus causis. Sed Concilium non
interdicit huius restitutionis beneficium ad-
uersus quinquennij praescriptionem. Nam
licet dixerit, eo elapso, non esse audiendum,
intelligi

Secl II de Profes. Religiosa Dubia. 191

intelligi potest via ordinaria, secus hac extraordinaria via. Leges enim generaliter actionem interdictentes non intelliguntur de actione competenti iure speciali; & extraordinario: sed ex iure ordinario, & communi, iuxta Glossam receptam in leg. Postquam, C. de pallis. l. 1. l. 2. c. 41. dub. 7. n. 65. Barbosa p. 3. de potest. Episc. allegat. 104. n. 108. Riccius resol. 5. §. 1. num. 6. Azor. p. 1. l. 13. cap. 4. §. ult. Sanch. l. 7. de matrim. d. 37. n. 2. & alij.

76 Cum his longe probabilius opinor. Fa-
tor enim non posse dari restitutionem ad-
versus professionem certam, sicut nec ad-
versus matrimonium certum; quia dissolvi
non possunt; bene tamen adversus profes-
sionem, ac matrimonium præsumptum.
Quia probari potest verum non esse præ-
sumptionem, neque in veritate fundatam:
eo quod verè professio nec facta, nec rati-
ficata sit, nec matrimonium contractum.

DVBIVM XV.

*Ad votorum commutationem qua fit
virtute professionis, opusne est, spe-
ciali voventis voluntate.*

77 *Plura reco-
lo circa
professionis
effectum.* Alij sunt effectus Religio-
nis. Primus & quasi substantialis est,
ut professus in dominium, & potestatem
Religionis transeat obsequiarius in omni-
bus, quæ sunt iuxta plures regulas, & con-
stitutiones: ipsique Religio vicissim obli-
getur illum sustentare, & gubernare, sicut
mater filium. Ex quo effectus solvitur pacta
potestas. Quia à Religione is gubernandus
assumitur. Sanch. l. 5. Decal. c. 5. n. 29. Secun-
dus est plenaria peccatorum remissio quoad
pœnam. D. Thom. 2. 2. q. 189. a. 3. ad 3. Suar.
l. 6. c. 13. n. 4. Tertius est commutatio om-
nium votorum antecedentium professio-
nem, siue fiat personalia, vti ferè omnes
Doctores tenent: siue sint realia ut com-
munior ferè opinio. Constat ex cap. Scriptu-
ra, de voto. Questio autem est, an commu-
tatio huiusmodi fiat ex voventis voluntate,
an ipso facto ex iure naturali divino, an Ec-
clesiastico.

78 Opus non est speciali voventis volunta-
te: sed iure ipso diuino naturali, & Eccle-
siastico hactenus hac commutatio Regulari profes-
sione inducitur. Quia Religionis professio-
ne omnes suas facultates, ac vires Deo ille
consecrat: ergo abundanter soluit, quam
si particularia obsequia præstaret. Quemad-
modum si Antonio magnam summam de-
beres, omnesque facultates quas habes, &
habere poteras illi offerres, & insuper te in
seruum traderes: abundantissime satisfac-
eres. Sic D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 12. ad 1.
Sanchez pluribus relatis l. 5. Decal. c. p. 5.
num. 38. Laym. l. 4. tract. 5. cap. 10. num. 5.
Palod. in 4. dist. 58. q. 4. a. 1. n. 13. concl. 6.

79 Speciali voventis voluntate est opus Quia
nullum est ius Ecclesiasticum scriptum hanc
commutationem expresse statuens. Nam tex-

tus in cap. Scriptura, non de omnibus votis,
sed solum de impossibilibus loquitur: &
licet de omnibus loqueretur, non indicat ipso
iure commutationem fieri, sed potius voven-
tis voluntate. Inquit enim: Nec voti facti
reus habeatur, qui temporale obsequium im-
perpetuam nescit Religionis observantiam
commutare. Ita nonnulli. Et quidem ex vo-
ventis voluntate fieri posse nemini est du-
bium.

80 Existimo longè probabilius esse non ex
voventis voluntate sed facto ipso hanc fieri
votorum commutationem. Nam si quis vo-
torem strictiorem Religionem posset ingres-
sum in laxiorem commutare, cum delinque-
ret laxiorem ingrediendo; at si de facto in
laxiori proficetur, extinguit Religionis stri-
ctioris, etiam perseverantia votum: ergo
signum est, facto ipso, & non speciali vo-
ventis voluntate, huiusmodi commutatio-
nem fieri. Sed quo iure id fiat? Verius cre-
diderim, non iure ipso naturali, nec diuino
positivo: sed solum Ecclesiastico consuetu-
dine introducto.

DVBIVM XVI.

*Religiosis illegitimis concediturne, posse
ulla Beneficia Ecclesiastica habere,
cum irregularitas ex defectu nati-
alitatis ob Professionem auferatur.*

81 Alius professionis effectus est sublatio
irregularitatis ex defectu natalium pro-
venientis, cap. 1. de filiis Presbyterorum. Ex-
cipit tamen textus Prælatum, qui a iud
prohibitione, & susceptione præcedenti
comprehendebatur. Intelligenda autem est
exceptio de Prælatum tam intra Religio-
nem, quam extra. Sanch. & alij referendi.
Dubitatur autem, an non solum Prælatum,
sed quodlibet aliud beneficium etiam sim-
plex his Religiosis sit interdictum? an ob
oblationem irregularitatis illius eis conce-
datur, posse Ecclesiastica beneficia habere?

82 Non conceditur. Quia textus in cap. 1.
citato solum concedit his Religiosis sacro-
rum Ordinum susceptionem: ergo susce-
ptionem beneficii non concedit. Neque ex-
ceptione Prælatum, id colligi potest; quia
illa exceptio necessaria non erat, sed ad tol-
lendam omnem dubitationem appositam fuit.
Sic Suar. tom. 5. de censur. d. 50. sect. 5. n. 15.

83 Conceditur eis beneficia simplicia posse
habere, non vero beneficia curam anima-
rum habentia. Quia cap. fin. de filiis presby-
terorum. illegitimi excluduntur à qualibet di-
gnitate, & beneficio Parochiali: tacite et-
go eis beneficium tantumale simplex conce-
ditur. Ita Nauar. l. 1. consil. tit. de Presbyte-
ris conf. 3. alias 6. Lessi. l. 2. cap. 41. dub. 8.
Sine. Sanch. l. 5. Decal. c. 5. n. 16. alios citans.

84 Non dubito hanc sententiam sequendam
esse in praxi, utpote communem. At si iuris
rigorem expendam, existimo non solum be-
neficium simplex, sed & curatum, modo Præ-
latura non sit, his Religiosis illegitimis
concedi.

libet bene-
ficia ha-
bere.

concedi, quia licet in *c. fin. de filiis presbyter.* illegitimis interdiciantur dignitates, beneficiaque curata, ab hoc interdicto eximuntur cum proficiuntur: quid in *c. vi. filij, cui finale* non debet esse contrarium, sub prohibitione suscipiendi Sacros Ordines plena irregularitas illegitimi constituitur, ut ipse Suarez *ubi* docet: sed ab ea eximuntur si Monachi fiant, alias non excipereur Prælati, si sub prohibitionem, & exemptionem antecedenti non esset comprehensa. Comprehendebatur, inquam quodlibet beneficium simplex, curatum, & Prælati. Cum ergo Religiosis sola Prælati expresse interdiciantur, omnium aliorum beneficiorum capaces existunt.

DVBIVM XVII.

Illegitime natus, & sine dispensatione ordinatus, si Religionem ingrediat: potestne in susceptis Ordinibus ministrare?

85 *Non potest.* Minime potest, quia textus in *cap. 1. de filiis presbyterorum* inquit: *Ad Sacros Ordines non promoveantur, nisi Monachi fiant.* Ergo concessum est ei qui sit Monachus ad Sacros Ordines posse promoveri, non autem exercere posse Ordinem Sacrum sine dispensatione antea susceptum. Sic Sayr. *1.1. Theol. 1.6. c. 11. n. 3.*

86 *Potest plane.* potest profecto, quia ex concessione suscipiendi Sacros Ordines censetur concessa facultas suscipiendi utendi. Nam minor est, & in maiori inclusa, siquidem præcipue ob usum Ordinum facultas illos recipiendi conceditur. Ita Sanchez *l. 5. Decal. cap. 5. numer. 10.* Laym. *1. quart. tract. quint. capit. 10. numer. 4.* Palao *tom. 3. d. secund. de statu Relig. punct. 8. num. 8.*

87 *Hoc longe verius, imo erè certius.* Hoc longe probabilius, imo fere certum esse indicat. Nam sub ea concessione excluditur omnis irregularitas, & inhabilitas, quæ prohibitionem recipiendi Sacros Ordines erat introducta. At illis verbis: *non promoveantur ad Sacros Ordines filij ex fornicatione nati*, introducta erat integra irregularitas non solum suscipiendi Sacros Ordines, sed etiam in susceptis administrandi, recipiendique quodlibet beneficium: ergo illa concessione nisi *Monachi fiant*, hæc irregularitas remouetur.

DVBIVM XVIII.

Irregularitas ex defectu natalium orta tolliturne & non tollitur nouitiatu ingressu?

88 *Tollitur nouitiatu ingressu.* Non solum tollitur professionis emissionem, sed & ipso nouitiatu ingressu, quia nouitius vere Monachus dicitur

præcipue in favorabilibus. Imo esto verè Monachus non sit, saltem in congregatione canonica regulariter viuente. Cum ergo in *cap. 1. de filiis presbyterorum* ab irregularitate eximantur illegitimi, qui Monachi fiunt, & qui in congregatione canonica regulariter viuunt, efficitur nouitios non eximi. Sic *Manu. tom. 1. q. 99. Regul. quest. 1. 3. n. 4.* subditque, exeuntes à Religione in eandem irregularitatem incidere, & ab usu susceptorum Ordinum prohiberi.

Solum tollitur hæc irregularitas professione. 89 nis emissionem, non verò nouitiatu ingressu. *Non tollitur* quia cum hæc irregularitas absolute tollatur, *tur ex nouitiatu* & non ad reincidentiam, ut aiebat *Manuel. tunc sed ex* expediebat tolli ob causam ex se perpetuam, *sola professio* qualis est sola professio, & non probationis *sine* ingressu. Ita *Suar. tom. 5. de censur. d. 50. sect. 5. n. 12.* Azorius *p. 1. l. 12. cap. 5. quest. 12.* Sanchez *l. 5. Decal. cap. 5. non. 12.* plures citans.

Hoc dicendum esse non dubito. Nam cum 90 textus inquit ab hac irregularitate illegitimos excludit, si Monachi fiant, aut in congregatione canonica regulariter viuunt: non loquitur de Monachis solummodo in congregatione canonica regulariter viuentibus, sed de Canonicis Regularibus. Neque *c. 1. dist. 56.* loquitur de probatione nouitiatu, sed de probatione per probatam, ac Religiosam vitam. Addiderim votis bienni in Societate Iesu emissis hanc irregularitatem æque ac per professionem tolli, quia his votis verè Religiosi constituntur: & textus in *cap. 1. de filiis presbyterorum. & cap. 1. dist. 56.* solum id exposulauit. Sanchez *l. 5. Decal. cap. 5. nu. 13.* Laym. *l. 4. tra. 5. cap. 10. num. 4.* At si Religiosus simplicibus his votis solutus, à Religione dimittatur in eam irregularitatem non reincident, sed omnino liber manet, quia nullibi cauetur hæc reincidentia, & non est imponenda irregularitas nisi in casibus à iure expressis. Necum Sanchez *ubi supra.*

DVBIVM XIX.

Femina illegitima excludunturne à Prælatiura Monachorum?

91 *Non excluduntur.* Non excluduntur, quia hæc exclusio est quasi quædam irregularitas: at hæc non contrahitur nisi in casibus à iure expressis, & in iure expressum non est, feminas illegitimas à Prælatiura sui conuentus excludi. Nam licet in *cap. 1. de filiis presbyterorum* Filij illegitimi à Prælatiura excludantur, ad feminas hoc decretum non debet extendi, quia odiosum, & quia expresse de filiis incapacibus suscipiendi Ordines loquitur. Certè si ex professione Monialis illegitima capax Prælatiura non redditur, nullum privilegium Religiosa professio ei concedit. Sic *Manuel. tom. 1. q. 99. Regul. quest. 1. 3. n. 21.* Indicat Tabiena *v. Virginitas consecratio n. penult.*

92 *Excluduntur.* Excluduntur quidem, quia illo *c. 1. à Prælatiura* excluditur Religiosus illegitimus: sed *Excluduntur* sub

Secl. II de Profes. Religiosa Dubia. 193

sub nomine Prælatoræ, Abbatisse aut Prioris-
se munus continetur, vt docent communiter
Doctores in *Cap. Indemnitas de elect.*
in 6. lib. 1. à dignitate eiciatur electa. Ergo
illegitima à Prælatura excluditur. Et licet in
illo textu nomen Filij expressum sit, videtur
que loqui de capacibus Sacros Ordines sus-
cipiendi, at quia est dispositio Religiosa sta-
tutim fauorabilis, idè feminas comprehendit
ea parte, qua capaces sunt. Ita *Glos. ad Cap.*
Indemnitas, & ibi. Ioan. Andr. Anchar.
Archidia. & alij. Nauar. comment. 2. de Regu-
lar. numer. 69. Flamin. de resignat. l. 3. q. 12. n.
11. Sanch. l. 5. Decalog. cap. 5. numer. 19. Suar.
tom. 4. de Relig. sr. 8. l. 2. c. 6. numer. 14. Sayr.
10. l. 1. Theol. lib. 6. c. 11. n. 3.

93
Auctoris
resolutio.

Ergo quidem existimo, sententiam pri-
mam ipectato iuris rigore tenendam esse: at
spectata consuetudine communique Docto-
rum interpretatione, amplectendam secun-
dam. Afferro itaque, nullam illegitimam posse
in Abbatissam, vel Priorissam perpetuum vel
temporalem eligi. Dixi autem *Perpetuam, vel*
temporalem. Quia aliqui primam sententiam
limitant, vt locum habeat in Abbatissis tem-
poralibus, secus in perpetuis, seu benedictis.
Sed est sine fundamento limitatio, cum esse
perpetuam, aut temporalem non variet in-
iurisdictionem. Concesso autem Manuelli Rode-
rico, nullum speciale privilegium Moniali
huiusmodi ex professione hoc in casu con-
cedi, cum capax non sit Ordines suscipiendi.
Alij enumerant Religiosæ professionis
effectus, nempe purgatio inhabilitatis ad tem-
porales actus ratione delicti commissi: vt si
ex furto, falso testimonio inhabilis factus
sis ad testimonium ferendum. Ingratitudinis
nota aboletur, id est, macula, seu nota ingra-
titudinis antea commissæ, ob quam filius ex-
heredari poterat vel legitima patris portio-
ne priuari. Denique irritatio matrimonij sub-
sequentis, & antecedentis rati.


obligatum esse, abstinere ab omni actu
tam interno, quam externo venereo: ita
vt delinquens contra castitatem, simul
contra votum peccet, sacrilegusque exi-
stat. Si violatio castitatis mortalis sit, mor-
tale esse peccatum contra votum: si venia-
lis, veniale. Hoc autem intelligendum esse
in castitatis propriæ violatione, non in alie-
næ. Nam si tuo facto, vel aspectu per se
veniali alius ad mortale induceretur: pecca-
res ex praua intentione lethaliter ex scanda-
lo: sed aduersus votum venialiter solum, quia
votum castitatis non se extendit ad ca-
stitatem alienam conseruandam. Sanchez li-
bro quinto *Decalog. capite sexto numero deci-*
mo aduertit. Certum denique, violatio-
nem voti castitatis solemnem à voto simplici
aliquahter differre vt ex se patet. Quæsi-
rim autem, an hæc differentia sit neces-
sario in Confessione declaranda?

Declaranda necessarium est: Quia votum
solemne à simplici essentialiter differt. Sic *Est declaranda*
nonnulli, quos citat Sanchez *lib. septimo randa cir-*
de matrim. disputat. 27. num. 23.
circumstantia

Non est necessarium declaranda. Quia dif-
ferentia voti solemnem à simplici non essen-
tialiter, sed accidentaliter differentia notabi-
liter aggrauante. At circumstantia notabili
ter aggrauans est necessarium in Confessione
aperienda: Ergo. Ita alij apud eundem *declaranda.*
Sancium.

Ego quidem verius existimo cum eodem
Doctore *numero 27.* non oportere exprime-
re, an votum sit solumne, vel simplex, modo
explices te voto esse ligatum, quia hæc
differentia non in obligatione, castitatis ser-
uandæ, sed in matrimonij contrahendi irrita-
tione consistit, qui effectus vtpotè omnino
extrinsecus, & accidentalis obligationi casti-
tatis, eius violationem aggrauare non po-
test.

97
Idem assero



CAPVT VII.

Circa Castitatem, ac Pauper- tatem Religiosam.

DVBIVM XX.

Differentia voti solemnem Castitatis à
voto simplici, estne necessario
in confessione exprimenda?

94
certa refero
de castitatis
voto solemnem
ni, ac sim-
plici.

ERTIVM est, Religiosum ex
castitatis voto obligari primo ad
abstinendum à coniugio, nisi vo-
tum faceret iuxta normam militum Ordinis
Alcantaræ, Calartanzæ, & d. Iacobi, qui
non emittunt absolute castitatis, sed con-
iugalis tantum votum emittunt. Præterea
Escol. & Mend. Theol. Mor. Tom. VII.

DVBIVM XXI.

Si Religiosus Iesuita post vota biennij de
facto via testamenti, donatione, aut
renunciatione de suis bonis, in scio
superiore, disponat: an dispo-
sitis hæc proculdubio illicita erit
valida?

Certum est, votum solumne paupertatis
Religiosum priuare iure, ac dominio
pecuniarum, aliarumque rerum pecunia æstima-
bilibus, & reddere inhabilem acquirendi.
Cap. cum ad Monasterium, de statu Mo-
nachorum & Tridentin. sessio 25. capite se-
cund. de Regular. Votum vero simplex, qua-
le emittitur ab Scholaribus, & Coadiutoribus
societatis nostræ expleto biennio probatio-
nis, nec tollere dominium habitum, nec
reddere incapacem acquirendi, vti ex-
pressè deciditur à Gregorio XIII. in
Bulla, Ascendente Domino, & habetur
parte quarta constitution. capite quarto
lit. E. Quod quidem Religioso statui
non

98
Plura de
voto pau-
peratis
recolo.

R non

non obstat, cum ex vi voti illi obligentur, dominio eo non utriusque superioris voluntate, & ex alio capite expedit Societatis regimini: ut sic liberius, & minori cum offensione dimitti, si opus fuerit, è Societate valeant, ut dixit Gregorius ubi f. Profecto Societatis alumnus disponens de his rebus, de quibus dominium habet non conscio, & approbante superiore, si dispositio alicuius momenti sit, certum est peccare mortaliter, quia votum paupertatis hoc specialiter respicit, ne hi Religiosi re propria tanquam propria utantur. Ex quo sic via testamenti, renunciatione, aut donatione de his bonis disponentes superiore non approbante, etiam si sit in pauperes, & iuxta constitutionis normam, mortaliter peccant. Sic deciditur *Congregat. gener. 5. & decreto 7. & 39. traditque Suar. tom. 4. de Relig. tract. 10. l. 4. cap. 6. numero 3.* Quæritur verò, si de facto via testamenti, donatione, aut renunciatione de suis bonis, infcio superiore, disponent, essetne valida dispositio.

99
Non est valida dispositio

Valida non esset, quia Religiosus post votum emissionem non est sui iuris, sed Religionis, cuiusque voluntas omnino est prælati subiecta: ergo nequit validè, eo non approbante, disponere. Sic Lessius l. 2. c. 4. dub. 5. n. 28. Molina l. 1. de inst. d. 139. vers. illo, qui tempore.

100
Valida est.

Esset omnino valida, quia hæc dispositio nec iure naturali nec positivo est irrita, cum sit dispositio rerum, quarum Religiosus habet Dominium, & administrationem: & licet illam habeat impeditam ex virtute Religionis ob paupertatis votum: hoc non tollit, quominus si de facto disponat, valida non sit dispositio, quia votum non tollit dominium, nec annullat dispositionem: sed eam infidelem reddit: nullum verò est ius positivum nec Canonicum nec Societatis, quod talem dispositionem reddat irritam: ergo asserendum est validam esse. Ita Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 10. l. 4. cap. 6. num. 12.* Sanchez l. 7. Decal. c. 18. n. 28. & c. 8. n. 25. ubi specialiter de testamento loquitur Laym. l. 4. tra. 5. cap. 7. n. 3.

101
Cum his probabilibus opinor.

Cum his probabilibus opinor, monens quidem, etsi valida sit dispositio huiusmodi, irritari tamen posse, & revocari à prælato ob potestatem dominatam, quam in subditi voluntatem, & in eius actiones habet.

DVBIVM XXII.

Statuto civili potestne Monasterium, alias capax successionis, ab ea excludi?

102
Nonnulla circa Monasterij successionem recolo.

Remitto, alia monasteria esse succedendi capacia vel ipso iure, vel ex Religiosi voluntate: alia vero incapacia utroque modo. Religionisque omnes (præter Minores de Observantia, & Capucinos, & Societatem Iesu) succedere Religioso professo nihil de suis bonis disponenti. Colligitur ex Tridentin. sess. 25. cap. 3. ubi omnium Religioso-

rum Monasterijs tam virorum, quam mulierum (exceptis domibus S. Francisci Capucinorum, & eorum, qui Minores de Observantia vocantur) concedi immobilium possessionem, & consequenter successionem hereditariam. Minores de Observantia, & Capucinos exceptis ob eorum singularem paupertatem. Et licet Societatem Iesu Concilium non exceperit, sed potius vultum fuisse sub privilegio omnibus aliis Religionibus concessio comprehendisse, quia tamen non obligat Religiones eo privilegio vii, ideo possunt ei renunciare, si iudicaverint expedire. Sic Societas nostra nullam Religionum suorum successionem ab intestato admittit. Hinc sit profitemem in Religione Minorum, & Capucinorum & Societatis Iesu abique suorum bonorum dispositione, non posse de eis amplius disponere, sed hæredes ab intestato succedere. Quia ex vi professionis omnium suorum bonorum dominium amittit: & cum ipso iure Monasterium non succedat, sit consequenter, ne bona illa domino careant, hæredibus ab intestato competere. Sanchez l. 7. Decal. cap. 25. num. 21. plures citans. Monasteria verò, quæ Religionis succedant, id habent ex iure Ecclesiastico, & civili, non ex naturali. Ex civili quidem *§ si qua mulier. Authent. de Sanctis Episcopis.* Et alibi: ex Ecclesiastico liquet ex Gregor. Mag. *capit. quia ingredituribus 19. questio. 3.* Ex his quæstio exoritur, an iure civili possit excludi monasterium à successionibus bonorum ex persona Religiosi provenientium, si capax sit successionis?

Potest quidem, quia iure civili hæc successio est illi concessa; ergo poterit iuris condictione. *Potest. excludi à successione. creat. l. 3. §. 21. numero 179. cessionem.* & alij.

Minimè potest, quia privilegium Ecclesiæ concessum & ab ea acceptatum, nequit qui excludi iuris superioris non est perrogare. Et quia successio hæc non tantum iure civili, sed Ecclesiastico est statuta: at iuris civilis conditor statuta Ecclesiastica abrogare non potest: ergo nequit hanc monasterij concessionem derogare. Ita Menoch. *conf. 196. num. 32. vol. 2. & de presump. l. 4. presump. 83. n. 24.* Covar. *de passis p. 3. §. 2. num. 4.* Sanchez l. 7. Decal. cap. 25. numero 18. Zenall. *q. commun. quæstione 423. fin.*

Ego autem existimo, esto statuto civili monasteria excludi non possint à successionibus ob personam Religiosi: consuetudine tamen introduci id posse. Nam cum hæc successio non iure naturæ, sed positivo monasterijs competat, derogari consuetudine poterit: sicut in Regnis Gallie factum esse asserit Covar. citatus, lege Sancium l. 7. Decal. cap. 12. numero 14. optime annotat, debere spatio quadraginta annorum hanc consuetudinem præscribi.

DVBIVM

DVBIVM XXIII.

Religioso professionem emittente, competitne usufructus bonorum illius Monasterio?

106
Non competit.
V usufructus Monasterio non competit, sed professione Religionis extinguitur, quia professione Religiosus quasi mortuus censetur, ac usufructuarius obitu usufructus extinguitur, §. *fin. in infir. de usufructu*. Et quia usufructus nequit manere in Religioso cum sit incapax ob vortum paupertatis habendi proprium. Neque potest in Religionem transferri, cum ius transmissibile non sit iuxta textum in §. *fin. citatum*, & leg. si usufructus 67. ff. de iure dotium: ergo extinguitur. Sic Glos. ad cas. si qua mulier. 19. quasi. 3. Zetall. opin. commun. quastion. 64. sine. Fachin. l. 6. controu. capit. 12.

107
Competit. quidem.
Usufructus apud Religiosum professum manet, commoditas vero monasterio inheret, quia non videtur inconueniens, Religiosum capacem esse proprii, cuius nullam dispositionem habeat: sicut non est inconueniens, coniugatum, manente coniugij vinculo, fieri Religiosum. Ita Couar. de testam. cap. 2. num. 9. Ayton. Gomez leg. 48. Tauri. numero 8. Molin. tom. 1. d. 9. circa finem. Et probabile reputat Suarius tom. 3. de Relig. cap. 13. num. 6.

108
Mediam in eo viam.
Mediam in eo viam, asserens, usufructum minime extingui professione sed Monasterio acquiri, durante Religiosi vita, lege sic disponente. Non extingui, est constans fere omnium Doctorum placitum. Adquiri Monasterio hic proba, quia generale est, omnia iura, & actiones Religiosi in Monasterium transferri. *Authent. ingressi. C. de sacros. Ecclies.* Et quia Religiosus voto solemnii paupertatis non solum vin, sed qualibet proprietate priuatur: ergo usufructus Monasterio acquiritur. At quia non acquiritur ex consensu, ac voluntate domini proprietatis: sed ex lege, seu consuetudine recepta, qua constat in Monasterium esse hoc ius translatum: ea de causa non amplius durat, neque extenditur, quam extendere, si Religiosus ille secularis esset. Vnde Religiosi morte usufructus finitur: nisi forte esset relictus pro se, & herede suo, quia tunc nouus usufructus in Monasterio constituitur: idem centum annis durare debet. Nam id tempus definitum est usufructui directe Monasterio relicto, leg. an usufructus ff. de usufructu, & leg. Regia 26. tit. 31. part. 3. Doctrinam autem limito, vt procedat in Religionem succedendi capaci. Nam in Ordine habendi proprium incapaci non acquiritur usufructus, sed penitus, & cum proprietate consolidatur, eo quod nec in Religioso, neque in Religionem manere valeat. Suar. l. 3. de Relig. §. c. 13. n. 4. Sanchez l. 7. Decal. c. 33. n. 33.

DVBIVM XXIV.

Monasterium succeditne in maioratu habente clausulam expressam, vel tacitam excludentem Religiosos: si Religiosus eum ante professionem possideat?

109
Sic ut quæstionis.
Habet maioratus clausulam expressam Religiosos excludentem: vel tacite illos excludit eo quod institutus est cum iurisdictione in aliquod Oppidum, vel ad conservandam agnationem, vel cum onere deferendi arma & familie nomen: in quibus casibus iuxta omnium sententiam, non succedit Religiosus professione emissa, nec ratione illius Monasterium. Quæstio, an idem dicendum sit quando ante professionem Religiosus successerat, & illum maioratum possidebat?

110
Monasterium succedit.
Non est idem dicendum, sed Monasterium succedere, quia licet Monachus, & ratione illius Monasterium incapax sit acquirendi de nouo eum maioratum: ad retinendum vero illum capax esse potest; nam plura requiruntur ad novam rei acquisitionem, quam ad conservationem illius. Deinde quia sola institutoris voluntate Religiosus potest priuari maioratu acquisito: at institutoris voluntate excludente Religiosos a successione, non priuatur Religiosus maioratu acquisito, sed solum acquirendo; quia solum priuatur succedere: eo autem casu non succedit Religiosus, sed successionem continuat. Sic Mieres de maioratu. p. 2. q. 3. n. 33.

111
Non succedit Monasterium.
Dicendum idem est, nempe non succedere Monasterium, sed maioratum ad sequentem successorem transire, quia institutor excludens Monachos a successione maioratus Monasterium successorem excludit, ipsa enim professione & Monachus, & Monasterium erat exclusum. Ita Sanchez l. sept. Decal. c. 15. capit. 31. Molina l. 1. de primog. cap. 13. num. 93. Molina nosset tom. 3. de iust. d. 623. num. 3. Manuel tom. 2. qq. Regul. quast. 78 a. 12. Palao t. 3. d. 3. de statu Relig. pun. 4. §. 3. num. 4. asserens hanc sententiam probabiliorē esse.

112
Prima sententia adhareo.
Attamen, eius venia, primam crediderim veriorē existere. Nam ad Monasterij exclusionem clarissimæ coniecturæ voluntatis institutoris desiderantur, quando excludit illud, vt optimè probat Couar. l. 1. variat. capit. 15. numer. 11. quæ tamen in præsentī casu non apparent: cum satis congruenter dici possit, voluisse excludere a noua maioratus successione, non ab antiqua. Equidem hæc sententia Religionī fauet, ideoque eam libens defendo.

DV BIV M XXV.

Emphyteusis concessa ea conditione, ne ad Ecclesiam, aut personam potentiorum transferatur: transire adhuc ad Monasterium succedendi capax?

113
Transit
quidem.

TRansit quidem; quia intelligi debet hac conditio de translatione voluntaria, & directa possessoris: non de translatione indirecta, & in consequentiam, & à lege inducta: qualis est, quæ professione Religionis inducitur. Sic Felin. cap. in praesentia, num. 36. & 49. de probationib. Sylvest. v. Emphyteusis, quæst. 20. num. 27. Manu. tom. 2. 99. Regul. quæst. 78. a 9. Sanchez l. 7. Decal. cap. 15. num. 65.

114
Non transi-

Minimè transiit, quia finis apponentis eam conditionem fuit, ne dominus proprietatis ob Ecclesiæ privilegia, aut emphyteutæ potentiam obsequio debito priuaretur: qui in translatione directa ac indirecta procedit. Alias etiam fiscus succederet in Emphyteusi prohibita alienari, emphyteuta delictum confiscationi obnoxium committente, (quod Sanchez non concedit) quia etiam hæc est alienatio non voluntaria, sed indirecta, & inducta per legem. Ita Bartol. Authent. ingressi. C. de sacros. Eccles. in 2. lectura, n. 19. ibi. Bald. num. 3. Paulus nu. 25. Idon. num. 64. Barbac. cap. in praesentia, de probation. n. 121. Velasquez consil. 101. num. 8. tom. 1. Flores de mena addit. ad Gamma. decis. 6. n. 2. concl. 3.

115
Hoc defen-

His hæreo. Nam maioratus habens, claufulam, ne Monasterium succedat, Monasterio competere, quia posset quis interpretari, id esse intelligendum de successione directa, perpetua: & non de temporaria, & per legem inducta. Ne ergo hæc admittantur, dicendum est, Emphyteusim prohibitam transferri ad Ecclesiam nullatenus Monasterio acquiri. Attamen esto sententiæ primæ lubeat hære, minimè concedendum est in perpetuum transferri, sed solum vita Religiosi durante: ne voluntati concedentis emphyteusim aduersemur.

DV BIV M XXVI.

Hæreditas, & legatum Monacho post professionem delatum, defertur ne ipsi immediate?

116
Sciam quæ-

Non procedit questio de professis in Ordine minorum: in his enim nec Religioso, nec Monasterio defertur hæreditas, sed aliis hæredibus ab intestato. Nec de Religiosis nostræ Societatis. Nam si vota benedicti sola emiserint, ipsis, & non Collegio defertur hæreditas. Si verò professionem, aut vota coadiutorum fornicatorum emiserint,

neque ipsis, neque Collegio hæreditas acquiritur: sed aliis hæredibus. De aliis itaque Religionibus questio procedit, num hæreditas, & legatum, post professionem, immediate defertur Monacho an Monasterio?

Immediate defertur Monacho, non Monasterio, esto in Monasterio defertur voluntatem, quia is, cui defertur hæreditas, adit hæreditatem: at eam Monachus debet adire, ut Monacho, probat textus in leg. Deo nobis, §. 1. C. de Epi. non Monach. & clericis. Sic Fachin. l. 6. controu. cap. 16. sterio. Menchaca de succession. l. 3. §. 11. numero 25. Et alij relati à Sanchez l. sept. Decal. cap. 12. num. 35.

Non defertur immediate Monacho, sed Monasterio, quia omnia iura, & actiones Religiosi sunt in Monasterium translata. Aut defertur ibi, ingressi. C. de sacros. Eccles. Ergo est Monasterio translatum ius adeundi; quia hoc ius esto non Monacho, sed directè transmissibile, est tamen transmissibile in directè, & per consequentiam ad translationem personæ. Cum ergo Religiosi persona in Monasterium transferatur, ipsique incorporetur: translatum censeri debet ius adeundi. Ita Couar. de testament. cap. primo numero 21. Moli. tomo primo de inst. d. 140. vers. Non solum Sanchez, plures referens l. 7. Decal. c. 12. n. 36.

Veriorem hanc partem esse iudico. Nam voto paupertatis Religiosus incapax fit dominio hæreditatis, eiusque proprietate, sic iure hæres parit disponente: at si ipsi immediate hæreditas de esse iudicet, ferretur, ipseque nomine proprio adiret: quam incapax dominij esset: neque valet dicere, id eis expresse in Monasterij utilitatem exundare, alias enim posset omnium bonorum suorum dominium retinere, facta professione, esto in Monasterij utilitatem: quod nullatenus est concedendum. Cæterum quia probabile est, hæreditatem, & legatum immediate Religioso in Monasterij utilitatem defertur, ipsumque eam adire posse; monuerim, ex consensu Prælati eam adire debere, ne proprietarius fiat. Quod si absque eius consensu legatum acceptet, & hæreditatem adeat: valet acceptio; quia hæc non potest Monasterio præiudicare; hæreditatis aditio non tenet; quia in his, quæ Monasterio possunt præiudicare, qualis est hæreditatis aditio, nequit Religiosus absque Prælati consensu valide præstare. Sanchez Mecum l. 7. Decal. cap. 12. num. 37. Lessius l. 2. cap. 41. dub. 11. n. 87.

DV BIV M XXVII.

Tridentini tempore interdictumne est Religiosis peculium?

Oritur questio hæc ex iure antiquo, & ex nouo Trident. Nam antiquum (C. Præmissum) concessit Religiosis peculium ex causa administrationis, cap. Monachi de stat. ac noui pro Monachis Trident. vero ait sess. 25. c. 2. Ne libitum. Regularium tam virorum, quam mulierum liceat, &c. bona immobilia, vel mobilia cuiuscunque qualitatis fuerint, etiam quous modo

modo ab eis acquisita tanquam propria, aut etiam nomine conventus possidere, vel tenere: sed statim ea superiori tradantur, Conventuique incorporantur. Neque deinceps liceat superioribus bona stabilia alicui Regulari concedere etiam ad usufructum, vel usum, administrationem, aut commendam. Admitti- stratio autem bonorum Monasteriorum, seu Conventuum ad solos Officiales eorundem ad nutum superiorum amovibiles pertineant. Porro ante Tridentinum poterant Religiosi possidere aliqua bona mobilia, vel immobilia ad sui sustentationem, & usum dependen- ter à voluntate superioris: esto domi- nium illorum bonorum penes Monasterium fuerit. Suar. tom. tertio de Relig. l. octavo cap. 14. numero quart. Verum à tempore Tridentini quæstio procedit, & requiro, num peculium sit Religiosis interdictum, pecu- lium, inquam, id est retentio bonorum præ- cipue immobilium, non quidem ad præsen- taneum usum, sed ad usum accessu temporis contingentem.

121 Interdictum est, quia Concilium prohibet Religiosis retinere bona siue mobilia, siue immobilia, etiam nomine Conventus: sed præcipit ea superiori tradere, Conventuique incorporari: negatque superioribus posse alicui Regulari concedere facultatem, bona stabilia ad usufructum, vel usum, admini- strationem, aut commendam, sed iubet per Officiales Conventus administrari: quæ quidem omnia peculio repugnant. Sic Valent. secund. secunda à prima quæstion. quart. pu. tertio corol. quart. Sanchez l. sept. Decal. c. 22. numer. 7. Corduba sum. quæst. 54. Mann. 10. 3. 99. Regul. quæstion. 29. a. 12. Moli. 2. d. 276. Nauarra l. 3. de rest. c. 1. p. 3. dub. 1. num. 163. & alij apud ipsos.

122 Non est interdictum peculium Religiosis ex superioris facultate, quia Tridentinum nihil non statuit, quod iure antiquo statutum non esset, cap. Monachi, esto, clarioribus ver- bis id expresse. Nam licet prohibuerit bonorum immobilium, & mobilium possessionem, etiam ad usum, ac nomine Conventus: id debet intelligi absque causa iusta, vel ad quemcumque usum, siue necessarium, siue superfluum. Et eodem modo explicanda est prohibitio superioribus facta, ne bona im- mobilia subditis concedant etiam ad usum, seu administrationem, scilicet crebro, & absque causa iusta, vel ad usus profanos, ac superfluos: ergo stante legitima causa, op- time poterit superior peculia, bonorumque immobilium administrationem Religiosis permittere ad usus honestos, Religionique convenientes. Quod confirmatur ex plurium Religionum usu, præcipue femininarum, qui si Concilio contrarius esset, non ita facile periret. Ita Nauar. comment. 2. de Re- gular. Sa. v. Religio, num. 48. Mann. tom. 2. 99. Regul. quæst. 125. a. 4. Sanchez l. 7. Decal. cap. 22. m. m. Miranda in Mann. Pralat. 1. c. 9. 18. a. 8. Graf p. decis. 1. c. 5. n. 53.

123 Profecto si Concilij verba spectem, primam sententiam omnino tenendam indica- bo, Ne (inquit) deinceps liceat superioribus bo- na stabilia alicui Regulari concedere. Verbum enim Deinceps indicat, ab illo puncto prohi- beri. & Mend. Theol. Mor. Tom. VII.

bitionem esse, esto antea nulla fuerit. Præterea præcipit, ne superiores subditis necessaria negent: supponit ergo, immediate à supe- rioribus providendos esse, & non ex servato sibi peculio. At dum video receptam apud Möniales consuetudinem habendi annuos redditus: & aliqua bona mobilia, & immobi- lia passim aliquibus Religiosis concedi admi- nistranda ea conditione, ut pensionem ali- quam conventui reddant, & reliquo utan- tur: censeo rigorem Concilij consuetudine temperatum esse; ac proinde ex illa licitum esse singulis Religiosis ex suorum prælato- rum consensu bona mobilia, seu immobilia habere, ut inde sibi prospiciant, & in usus honestos expendant. Si enim Tridentini de- creto statutum est, ut singulis Religiosis ne- cessaria ministrantur, quod in pluribus Reli- gionibus ob earum inopiam aliaque causas non observatur: quod mirum, quod peculia hac occasione in ipsis sint introducta: Mecum Basil. Ponti. q. schol. 9. Et probabile reputans Valquez episc. de reddit. c. 3. d. 2.

DUBIUM XXVIII.

Si Fratres Minores non absolute here- des instituantur, sed adiecta clau- sula, ut hereditas vendatur, & in ipsorum utilitatem pretium cedat: valetne institutio?

124 Certum est, omnes Religiosos capaces successione esse, Minores, & Capucinos si excipias (mitto in præsentem quid de no- stra Societate asserendum sit, de qua lib. 58. sermo recurret.) Tridentin. sess. 25. cap. 3. Clement. Exim. de verb. signific. Minores itaq; & Capucini incapaces successione sunt tam ex testamento, quam ab intestato: tam im- mediate, quam mediate. Unde infero, si de facto Minores, vel Capucinos heredes quis instituat, nullam esse institutionem vi pote- factam in persona incapaci: succedentque heredes ab intestato, si nullum alium coha- redem, aut substitutum designaverit. Eo autem designato, integram potest hereditatem adire. Quæsierim verò, si non absolute Minores instituantur heredes, sed clausula adiecta, ut hereditas vendatur, & in ipsorum utilitatem cedat pretium, an valet institutio?

125 Valet planè, quia eo casu hereditas vide- tur in legatum converti, & Minores legata- rios quidem, non heredes esse. Addo, in illa dispositione duo separabilia coniungi, scilicet Minores heredes institui, & hereditatem vendi, pretiumque illius Minoribus ad sub- lenandas eorum necessitates applicari. Poterit ergo hæc secunda dispositio subsistere, licet prima constet. Sic Bartol. rr. de Minor. l. 1. dist. 5. c. 2. num. 30. & 31. Sorbus in compend. priul. Mendic. v. Hereditas, vers. Quæritur. Mann. 2. 2. 99. Regul. 978 a. 4.

126 Minime valet institutio, unde Minores pretium illius hereditatis capere non possunt, quia alias acciperent institutionis pretium, quod

quod illis est penitus interdictum. Neque est simile, cum tertius institutor heredes cum obligatione vendendi hereditatem, & boni pretium fratibus minoribus: quod fore omnes Doctores approbant, quia tunc Minores non recipiunt pretium ex institutione, sed ex legatione, man dataque testatoris, & donatione obligatoria heredis instituti. At cum Minores instituuntur cum clausula, ut vendatur hereditas, pretiumque illius recipiant: pretium hereditatis, cuius sunt incapaces, recipiunt: igitur institutio non tenet. Ita Baldus *Authent. ingressi in m. 50. C. de sacros. Eccles.* Felin. *cap. in praesentia de probationibus num. 52.* Daennas *reg. 381. nupiat. 8. Cordub. reg. D. Francisc. 6. quest. 11. pmi. 3. Sanchez. l. 7. Decal. cap. 25. num. 11.*

127 *Hoc longè* Probabilis esse crediderim. Nam venditio hereditatis & pretij acceptio *probabilis*, est modus, & qualitas adiecta institutioni: ergo corrumpente institutione, corrumpit venditio, & pretij acceptio, ut potè omnino accessoria, ipsique innitens.

DVBIVM XXIX.

Si quis instituat non Minores ipsos, sed eorum Ecclesiam, vel Sacristiam valeat institutio?

128 *Valeat equidem*, quia Ecclesia quaelibet, seu Tempus capax est hereditatis, leg. 1. *C. de sacros. Eccles.* Sed Templum Ordinis Seraphici nullo iure ab huiusmodi capacitate excluditur. Nam textus in *Clement. exiit*, Religiosos excludit, non Ecclesiam, vel Sacristiam. Sic Abbas *conf. 63. n. 4. l. 2. Bartol. tr. Minor. l. 4. dist. 4. & 6. cap. 1. num. 20. Anon. Cucus l. 3. institui. maiorat. tit. 1. num. 37. inuel. tom. 2. 99. Regul. qu. 78. d. 5.* Et probabile reputat Sorbus in *compend. privileg. Mendicant. v. Hereditas, ve s. sed cum fratribus.*

129 *Non valet*. Non valet, quia exclusis Religiosis, Ecclesia eorum manet exclusa. Non enim ipsum Templum materia, vel Sacristia heres instituitur, quia ppe nec velle, nec nolle habet: sed Religiosorum congregatio ibidem assistens. Certe si prima sententia probanda esset, constitutio denegans Minoribus etiam in communi hereditariam successionem prorsus laqueare ur, cum facile testator optans Minoribus hereditatem relinquere, posset omisso nomine conveniens, Ecclesiae appellatione uti. Ita Bartol. priorem retractans sententiam leg. *vni. sine. C. de co. dultorib. l. 11. Bald. Authent. ingressi nu. 55. Corduba Reg. D. Franc. cap. 6. quest. 11. pmi. 1. Sorbus ubi s. Azorius tom. 1. l. 12. cap. 23. questio 15. & alij, quos refert, & sequitur Sanchez l. 7. Decal. c. 25. num. 14.*

130 *Hoc probabile esse de-* Validam esse huiusmodi institutionem ut facis probabile defenso licet non possim non *facere* contrariam sententiam esse probabilior. Nam si testator veller congregationem contrariam Religiosorum heredem immediate instituere, non exprimeret Ecclesiam, sed conven-

tum. Exprimens autem Ecclesiam, tacite Praefectum illius instituit. Cum autem hic nullo alius sit nisi Pontifex, & illius nomine Syndicus, qui hereditariae successionis capaces sunt, si, validam esse hanc institutionem, obligatamque esse Pontificem, & eius nomine Syndicum ex vi illius, hereditatem in Ecclesiae materialis reparationem, consecrationem, & ornatum expendere, quia ad hunc finem sunt heredes instituti.

DVBIVM XXX.

Quis heredem, vel legatarium instituit sub obligatione reddendi annu singulis pensionem Minoribus: valeat legatum?

Regulam generalem praemitto: omnes Religiones (praeter Minores de obler. Ceterum tantia, & Capucinos) capaces sunt cuiuslibet legati & donationis, sine rei mobilis, siue immobilis. Tridentin. *sess. 25. cap. 1. tertio*. Porro Minores & Capucini incapaces sunt legati continentis totam hereditatem, vel maiorem illius partem. Ex legati rei immobilis, ut illud sic retinere valeant. Ceterum haec. Dubito autem, an si quis heredem, vel legatarium instituat sub obligatione reddendi singulis annis pensionem Minoribus, valeat legatum.

Non valet, quia hi verè sunt annui redditus perpetui, quorum Minores sunt incapaces. Sic Bartol. *tr. Minor. l. 2. dist. 6. cap. legatum. num. 33. Abbas cap. in praesentia de probationibus num. 63. Nannard. 3. consil. tit. de testam. consil. 14. alias 8. Sanchez l. 7. Decal. cap. 26. num. 46. alio citans.*

Valeat equidem, quia licet heredi, vel principali legatario imponatur obligatio perpetua donandi Minoribus annuos redditus: haec obligatio non est ex iure aliquo civilium Minoribus acquisita; sed ex hereditate relicta a testatore, & comparatione illius, sicuti si tuo famulo donares divitias pauperibus distribuendas famulus obligatus esset pauperibus donare, non ex iure aliquo, quod pauperes acquisierint, sed ex tuo imperio, ac dispositione. Ita Sylvest. *v. legatum 2. quest. 3. dicto 3. Angel. eodem numer. 5. Tabien. 1. quest. 4. numero 5. Manuel tom. 2. 99. Regul. quest. 126. d. 4. Suar. tom. 3. de Relig. l. 8. cap. 17. nota. 19. & 25.* Et probabile reputat Sanchez *n. 35.*

Verius hoc esse existimo. Nam cum Pontifex prohibet Minoribus annuos redditus, intelligi debet de redditibus, qui comparatione Religiosorum, & de iure ipsis competenti sunt debiti: non de redditibus, qui comparatione Religiosorum Eleemolynae sunt, & gratis donantur.

*Profeſſis habentibus ſcendentes le-
gitimos licium cum ſit bona inter
eos dividere, talis diſpoſio habere
teſtamenti rationem?*

135
Quæſtione
ſtatut.

Certum eſt Religioſos profeſſos non poſſe abſque ſuperioris licentia teſtari. At habentibus ſcendentes, legitimos concedi bonorum diſpoſitionem. Verum hæc diſpoſitio iure Canonico non tam ſcripto, quam conſuetudine introducta approbata eſt. Quæſtione vero, an hæc bonorum conceſſa diſpoſitio habeat teſtamenti rationem?

136
Habet ra-
tionem te-
ſtamenti.

Habet quidem, quia eſt ultima voluntas quæ morte civili confirmatur, ſuccedente loco teſtamenti, quod ante profeſſionem fieri debebat. Sic Azor. tom. 1. l. 12. cap. 6. quæſt. 5. Suarius tom. 3. de Relig. l. 8. cap. 16. num. 2. Goſ. ad C. p. Si qua mulier, 19. quæſt. 3. v. dividere, Bartol. Auhent. ſi qua mulier. n. 10.

137
Non habet
teſtamenti
rationem.

Non habet teſtamenti vim, quia nullum eſt verbum indicans hanc diſpoſitionem bonorum teſtamentum eſſe; ut ergo aſſendum eſt, & corrigenda lex generaliter prohibens Religioſis teſtamentum condere præcipiunt cum ex hac ſententia Religioſi dividentes bona favorem recipiant: quippe ſua diſpoſitio via diſpoſitionis, & cuſdam adminiſtrationis facta firmior perſiſtit, quam via teſtamenti. Nam ex teſtamento oritur actio, quæ diſpoſitioni denegatur. Leg. Diſpoſitionis placitum, ff. de paſſu. Ita Nauar. comment. 2. de Regular. numer. 45. Leſſi l. 2. cap. 41. dub. 10. num. 82. Sanchez l. 7. Decal. c. 9. d. 11.

138
Hanc eligo
partem pro-
babiliorẽ
ſent.

Hanc eligo partem planè probabiliorem. Nam in Hiſpania noſtra, ubi idem numerus teſtium requiſitus eſt pro teſtamento inter liberos ac inter extraneos. Leg. 3. Tauri, tit. 4. l. 5. compilar. dupl. ci teſte hac diſpoſitio contenta erit, quæ ſi eſſet teſtamentum ſeptem teſtibus indigeret. Addo, ſi illa diſpoſitio teſtamentum eſt, non videtur poſſe ante mortem naturalem confirmari; ſam mors civilis, quæ eſt profeſſio, præceſſit, qua non obſtante lex concedit teſtamenti fac- tionem. Ergo debet illam concedere iuxta materiam ſubiectam, & teſtamenti conditionem, quæ eſt, ut ſit vſque ad mortem ambulatoſa. Dicendum ergo eſt, illam diſpoſitionem teſtamentum non eſſe, ſed adminiſtrationis actum à lege permiſſum.

*Patre profeſſo debeturne ſtatim filiis le-
gitima, licet profeſſus aſſut in
Ordine ſucceſſionis capax?*

Certum eſt, à puncto profeſſionis deberi legitimam filiis, ſi pater profeſſionem emiſit in Religione ſuccedendi incapax, quia cum tunc illa bona non tranſeant in Monafterium, neque à Religioſo retineantur: necelle eſt, ut deveniant ad filios neceſſarios ſcilicet hæredes. Sanchez l. 7. Decal. c. 10. num. 1. Gutier. l. 2. canon. 99. c. 1. n. 93. Hanc doctrinam indubitatam mihi, excedo ad profeſſos, & coadiutores formatos Societatis Ieſu; quia ipſi, & Religioſi ratione ipſorum incapaces ſunt propriè retinendi. Quæſtione igitur eſt de patre ingreſſente Monafterium ſucceſſionis capax, an eo profeſſionem emittente ſtatim filiis legitima debeatur?

Debetur ſtatim, quia Cap. cum ſumus, de regular. Pontifex concedit filio Monafterium deſerente bona paterna, quæ ipſi ex ſucceſſione pronuntiæ, poſtulare, ex ſucceſſione inquam patris qui profeſſionem emilerat: ſupponit enim textus patrem, ac filium Religioſum inſiſſe, patre autem profeſſente, filium ad ſeculum recurſiſſe. Et quia in Auhent. ſi qua mulier, patri profeſſo permittitur bona inter filios dividere, quod non videbatur permittendum, ſi bona profeſſi totò eius vitæ tempore Monafterio competere; fieret enim grave Monafterio præiudicium. Sic Azor tom. 1. lib. 12. cap. 8. q. 7. Molina tom. 1. d. 40. verſ. An veſt. ſtatim. Leſſi l. 2. c. 41. dub. 10. n. 86. Sanchez in numeros referens, l. 7. Decalog. cap. 10. num. 3. Suar. tom. 3. de Relig. l. 8. c. 6. num. 7. Nauar. comment. 2. de Regular. num. 43 & 54. Co- uar. de teſt. c. 6. d. 11.

Non debetur ſtatim, quia ſtatutum à iure eſt legitimam non deberi filio, vivente patre, ſed poſt eius naturalem mortem, leg. 1. §. ſi debetur. impubere ff. de collat. bonor. leg. lex Cornelia, ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtitut. Sed ab hac generali regula recedendum non eſt abſque maniſeſto textu, vel ratione; nullus verd adest textus, nec maniſeſta ratio probans, à die profeſſionis patris legitimam filiis deberi. Ego. Ita Matienzo l. 5. reſop. tit. 4. l. 3. gloſ. 2. n. 3. Gutierrez l. 2. canon. 99. c. 1. n. 79. Gregor. Lopez l. 17. v. ſus hijos tit. 1. part. 6. manu. tom. 2. q. 7. Regul. 80. artic. 2. palao to. 3. d. 3. pun. 14. n. 3. & alij plures apud Sanchez ibi- dem num. 2.

Primam ſententiam probabiliorem planè deſendo. Nam profeſſi nulla poſſunt eſſe ſucceſſio, cum nulla bona habeant, ſed omnia illius bona in Monafterium tranſferantur: Ergo fruſtra filij eius naturalem mortem expectabunt. Ad id, ſi filiis non debetur ſtatim legitima patris, ſed durante eius vita Monafterium poſſet illius bona retinere: obligarentur filij alimenta à Monafterio petere: iplumque tene- retur ea impertire; quod quidem & filiis durum & Monafterio admodum oneroſum eſſet.

R 4 quidem

139
Certa ſup-
pono.

140
Debetur
ſtatim.

141
Non ſtatim
debetur.

142
Primam
ſententiam
prefero.

quidē sepe ex suis bonis obligaretur Religiosi filius illis succurrere legitima parentis non sufficiens: sicut obligatur pater filiis alimenta praeberē, cum legitima non sufficit.

regulam: ac proinde obligare potest, dum Praelatus non irritat.

DVBIVM XXXIII

Religiosus contrahens sine facultate superioris obligaturne naturaliter, licet non civiliter obligetur?

143
Status
questionis.

Liquet, Religiosum ex voluntate expressa, vel tacita superioris valide contrahere, obligarique naturaliter, & civiliter stare contractui, quia in eo contractu legitima auctoritate inito concurrunt requisiti ad naturalem, ac civilem obligationem. Abbas *Cap. Ex rescripto, num. 1. de iurjur. Felin. ibi, n. 1.* & alij. Quaeritur vero, an Religiosus contrahens sine superioris expressa, vel tacita facultate, saltem naturaliter obligetur?

144
Non obligatur civiliter, nec naturaliter

hoc est, nec in foro externo, ne in conscientia foro, quia eius voluntas dispositioni Praelati subiacet. *Cap. Non dicatis, 12 q. 1. idēque dici solet, Religiosum nec velle, nec nolle habere. Cap. 2. de testament. in 6. Sic Hostiens. *sum. de fideiussor. §. pro quo possit. Abbas & Felin. Cap. Ex rescripto, de iurjur. num. 1. lafon leg. si id quod ff. de conditi. indebiti num. 1. Zenall. commun. opinion. q. 446. & alij à Sancio l. 7. Decalog. cap. 31. num. 36. relati.**

145
Naturaliter obligatur.

Obligatur saltem naturaliter, quia si Religiosus sic promittens, & contrahens non obligaretur naturaliter, nec eius fideiussor obligaretur: cum receptissima sit Doctorem sententia principali non obligato saltem naturaliter, fideiussorem non teneri *leg. 1. & 2. ff. de fideiussor. Idemque esset dicendum de pignore dato pro securitate obligationis: Profecto nulla est lex, quae magis obligationi Monachi promittentis resistat, quam serui obligationi: At servus contrahens sine domini consensu naturaliter obligatur, *Leg. Naturaliter. & leg. si id quod ff. de conditi. indebiti.* Ergo & Monachus contrahens absque Praelati consensu obligabitur. Ita Sanchez citatus, num. 37. Abbas vol. conf. 10. Sylvest. v. Religio, num. 8 q. 3. Azor. tom. 1. l. 12. q. 5. c. 11. Lessli. l. 2. c. 2. Aub. l. num. 6. Rebel. de iust. p. 2. l. 1 q. 8. sect. 1. n. 4.*

146
Vrōr distinctione in utriusque sententia concordiam.

Dixerim cum Nauarro *comment. 2. de Regular. num. 42.* Religiosum naturaliter obligari ex contractu, qui non sit contra regulam in genere, nec in specie, donec Praelatus irritet, aut contradicat. At contractus si ea temporalia absque Praelati consensu, non solum contra regulam, sed contra votum est: Ergo nullam inducit obligationem. Secus vero esse de contractu circa actionem personalem, qui licet sit absque superioris voluntate, non inde inferri esse contra ipsam, nec contra

DVBIVM XXXIV.

In contractibus temporalia respicientibus contrahens cum Religioso obligatusne est, stare contractui, expectareque superioris consensum?

Contrahens cum Religioso sui Praelati licentiam non habente, circa temporalia Obligatus tenetur stare contractui expectateque consensum, vel disensum Monasterij, ut valeat resiliire. Quia Religioso concedendum est, gaudere minoris, ac pupilli privilegio, qui si contrahant absque auctoritate maioris, vel curatoris contractus ex parte sua elidit, et eorum stare non tenentur: At cum illis contrahentes obligati sunt, ut deciditur *Instit. de auctor. tutor. & leg. Julianus, §. si quis à pupillo, ff. de actionib. empti.* Sic Sanchez l. 7. Decalog. 31. numer. 28. plures citans, quos tamen existimo de contractu stipulationis pro Monasterio facto esse loquutos.

Contrahens cum Religioso huiusmodi, nullam obligationem habet, standi contractui non est sed potest pro libito resiliire, quia regula generalis est in contractibus aequalitatem inter contrahentes servandam esse, à qua regula non innenit exceptus contractus, cum Religioso factus sine Praelati licentia: nec videtur expediens talis exceptio, ne paupertatis violationis, & contrahentium deceptioni faueat. Ita Lessli. l. 2. c. 41. dub. 12. n. 90. Palao *tom. tertio d. 3. de statu. Relig. p. n. 15. numer. 7.*

Cum his opinor. Nam argumentum asumptum ex pupillo, & minore non viget, quia cum hi in privilegiis, praecipue à iure exorbitantibus non est faciendā extensio de vno calu ad alium, eadem etsi ratio concessionis militet, quin imo in casu nostro diuersa est ratio. Nam contractibus pupilli, & minoris conceditur illud privilegium in odium contrahentium, qui praesumuntur intendisse eos decipere, vtpote seductioni ob defectum aetatis obnoxios. At consideratio haec in contractibus cum Religioso locum habere non potest.

DVBIVM XXXV.

Religiosus teneturne soluere mutuum male consumptum

Ex delicto Religiosi etiam Praelati, Monasterium nullam satisfaciendi contrahit obligationem. Ex contractibus vero ante professionem a Religioso initis, obligatur Monasterium pro viribus hereditatis tantum. Ex contractibus autem post professionem, nulla est Monasterio obligatio. Vt autem constet

Seet. II de Profef. Religiofa Dubia. 201

confter, nec ex mutuo male confumpto Religiofi Monafterium obligari, requiram. Vtū Religiofus ipfe teneatur id foluere, & ex quibus bonis?

151 Non quidem tenetur, quia Religiofus filiofamilias comparatur, qui male mutuum expendens, foluere non tenetur. §. penultim. in fit. quod cum eo, qui aliena: & leg. 1. C. ad Macedoniam. Sc nonnulli doctores, quorum meminit Palao tom. 3. d. 3. de ftatu Relig. pun. 17. n. 7.

152 Tenetur omnino, quia licet Religiofus filiofamilias comparatur, ex eo quod uterque habet debitam fubiectionem, ac fubordinationem, non inde inferitur, omnia privilegia filiofamilias conceffa Religiofis impendenda efle, præcipue cum diuerfa inefit ratio. Nam filiofamilias conceditur, ne mutuum acceptum & male expenfum foluat, ne mortem patris cui fuccelfurus eft capiet, caufa illud foluendi, quæ ratio celfat in Religiofo qui nec Prælato, nec conuentui fuccedere potefit. Ita Zenallos commun. opin. q. 446. n. 19. Sanchez l. 7. Decalog. capite 31. n. 22. Palao citatur.

153 Mea refolutio eft, Religiofum obligatum efle foluere mutuum acceptum, & male expenfum, vel ratione contraktus, fi validus fuit, vel ratione iniuftæ acceptationis, fi fuit nullus. Bona autem, ex quibus hæc folutio faciendæ eft, fūt ea, quorum Religiofus liberam à Prælato difpofitionem habet, nõ bona monafterij nulloatenus ad huiufmodi debita folutiõ obligatū

D V B I V M XXXVI.

Cum Religiofus ex vno Ordine in alium tranfit, fecundus ordo hereditatem, quæ delata fuit Religiofo illi eo tempore, quo in primo morabatur, & prima Religio non adiit, potefitne adire?

154 Certeum eft, acquifita durante prioris Ordinis profefione, deferre non pofle Religiofum, qui ex vno Ordine in alium fine laxiorem, fiue ftrictiorem, fiue æqualem tranfit. Nec hereditatem, vel legatum plenè prioris Religiofi acquifita, fi legatum abfolutum fit, illi uique capax ille extitit tempore mortis teftatoris, quia priori Religioni fuit planè acquifitum abfq; dependentia ab hac accidentali mutatione. Quæritur tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3. cap. 14. num. 8. Dubitatur vero, an priori Religione non aduenite hereditatem Religiofo delatam, poffit fecunda Religio, ad quam poftmodum eft translatus, illam adire? Vno autem, vtramq; Religionem fuccelfionis efle capacem.

155 Secunda Religio potefit adire hereditatem exclusã priori, quia ad hereditatem acquiritendam non tam impicitur tempus, quo alieni delata eft, quam tempus, quo eam adire potefit. §. In extraneo, Inft. de hered. qualis. & differunt. ibi: Ius heredis eo maxime tempore impiciendum eft, quo acquirit hereditatem,

quod exemplo ferui cui delata eft hereditas, & ante aditionem dominum mutauit expeno. Acquisitio enim huius hereditatis non, prior domino, fed fecundo competit, foluique fecundus eam potefit adire, leg. §. feruus eius, ff. de acquirenda heredit. & leg. 2. §. fi duo funt heredes, ff. de bonor. poffef. Ratio eft, quia ius adeundi hereditatem domino competit ex perfona ferui, & Monafterio ex Religiofi perfona. Ergo ficut translato feruo, ad alium dominum, transfertur in illum ius adeundi hereditatem feruo delatam, neque aditam; fic transferendum eft in posteriorem Ordinem translatione Religiofi in eum facta, fibique imputare debet prior Religio, ficut & prior dominus, quod hereditatem non adierit. Sic Bartol. leg. 2. §. fi feruus eius Bald. leg. §. qui mihi, ff. de acquir. hered. & alij plures relati à Sancio l. 7. Decal. c. 3. n. 17.

156 Non potefit fecunda Religio hereditatem adire, priore exclusã, quia eo ipfo, quò Monasterio delata eft hereditas ob perfonam Religiofi, quam fecum habet, cõpetit ei ius eam adeundi. At hoc ius Religiofus mutare non potefit, neque variare, non enim ab eius voluntate pendet, fed à lege. Nulla autem eft lex indicans, transmigratione Religiofi in alium Ordinem hoc ius à priori amitti, & à fecundo acquiri. Ergo, ita Sanchez. ubi fupra num. 18. Couar. de testam. c. 1. num. 21. Molina l. 2. de primog. c. 13. n. 36. Lef. l. 2. c. 41. dub. 11. numer. 88. & alij plures apud ipfos.

157 Verior mihi fententia hæc. Concedo enim ad perfectam, ac completam hereditatis acquisitionem tam tempus delationis, quam aditionis fpectari, abnego tamen ex iure competentem Religioni ob delatam fibi hereditatem eam adire non poffe, quia ex perfona Religiofi fibi incorporata tempore delationis, eam adiit. Neque eft fimile de feruo dominum mutante, quia domino non competit ius hereditatem adeundi eo præciſe, quod feruo delata eft, fed in fuper requiritur, vt feruus confentiat aditioni; Religioni independentem à Religiofi voluntate, in nõ illo inuito, ius adeundi competit. Ergo quamuis Religiofus in alium Ordinem transferatur, non obinde ius adeundi priori Religioni quæritum, amittitur.

D V B I V M XXXVII.

Bona delata priori Religioni in confequentiam perfonæ, Religiofus translatus in aliam, potefitne in eam deferre?

158 Ad quæftionis statum fuppono, dupliciter bona hæc potuiſſe Religiofum hunc priori Religioni deferre, vel ex difpofitione iuris, quo statutum eft, omnia bona Religiofi fimul cum perfona in Monasteriũ transferri, & ex confequentia hic modus nuncupatur; vel ex donatione, aut teftamento cõdito. Iuxta priorem modum. Quæftio procedit, nam bona delata priori Religioni in confequentiam

consequentiam personae Religiosus translatas in aliam, possit in eam deferre?

159 *Defer ea bona potest.* Potest quidem deferre secum in Ordinem secundum, quia sic delata Ordini priori in consequentiam personae, cum persona translata debet transferri, ut potest accessoria. Et quia bona illa priori Ordini delata fuerit ut ex illis Religio alimenta impetrentur. At Ordo hic ex quo Religiosus in alium est translatus, non tenetur post translationem alimenta subministrare, sed eam obligationem suscipit Religio, in quam denuo transfertur. Ergo huic Religioni debent bona concedi, & a priori auferri. Sic Glos. *Cap. Quod a te de Cler. conuget. sine, Menoch. l. 2. de arbit. cent. 3. cap. 436. a numero 13. Cardinal. ad Cap. Quod a te, num. vni. opposit. 4. & alij plures relati a Sanchez l. 7. Decalog. cap. 32. numero 4.*

160 *Non potest ea bona deferre.* Non potest vlla bona, quae priori Religioni detulit secum in sequentem transferre quia esto, illa bona in consequentiam personae monasterio translata sint: at sunt absolute translata absque dependentia vllas, seu conditione, quod in illo Ordine Religiosus perseverabit. Nemo enim talem conditionem apponit, cum in iure nullum habeat fundamentum. Neque enim ex eo, quod ius permittit Religioso transitum ad strictiorem ordinem, inferri potest, concedere bonorum translationem; quae sunt priori Religioni quae sita: cum parata sit Religio retinere, & alere. Ita Nauar. *comment. 4. de Regular. numero 24. Suar. tom. 4. de Relig. tract. 8. l. 3. c. 14. n. 5. Molina tom. 1. d. 140. Azor. tom. 1. l. 12. c. 15. q. 3. Sanchez ubi supra num. 8. & alij apud ipsos.*

161 *Longè hoc probabilius.* Hoc probabilius esse non dubito. Concedendum bona in consequentiam personae deferri, se non dependentem ab illius in Religione perseverantia, quam ius semper praesumit. Nego autem bona deferri, ut Religiosus ex illis alatur; sed potius ut Religio habeat, unde omnes alere possit. Sed esto bona deferantur, ut Religiosus ex illis alimenta percipiat: id intellego, dum in ea Religione perseverat, secus si illam deserit.

D V B I V M XXXVIII.

Bona, quae ex liberati donatione quid detulit Religioni priori, translata in alium secundum transferri, Ordinem?

162 *Secum transferri bona illa.* Secum transfert, quia haec bona videtur ille Religioni donasse priori, eo quod existimant, in ea perpetuo victurum. Cum autem hic finis licet cesset translatione in Religionem aliam: reuocari donatio debet. Certè monialium dotes, Monasterio in alimenta perpetua Monialium conceduntur. Si vero monialis in aliud Monasterium transfertur, cessat finis, ob quem dos priori Monasterio fuit concessa. Debet ergo simul

cum moniali in aliud Monasterium, quod alimentorum obligationem suscipit, transferri. Sic Abbas *Cap. Quod a te de Cleric. conuget. n. vlt. Roel. v. Religio 4. numer. 12. Socin. vol. 2. cons. 222. Tapia Authent. Ingressi, v. sua, cap. 6. num. 10. Cod. de sacros. Eccles. Reduan. de spoliis Eccles. q. 8. numero septimo & alij.*

Non transfert secum, quia absolute, (de more) bona illa donantur conventui priori: si non translati si donatio facta esset pauperibus vel Hospitali. Unde sicut pauperes, & Hospitalia obligati non essent tibi mutanti Religionem bona accepta reddere, neque etiam prior Religio debet obligari. Hanc enim obligationem contrahere, poterat prior Religio vel ex conditione perseverantiae in donatore imbuta, vel ex alimentis ei Religioso debitis. At nullum est fundamentum, quod in illa absoluta donatione per seuerantiae conditio imbutatur, cum semper ius praesumat, quomodo Regulari institutum amplecti animo sumo in eo perpetuo manendi. Ex occasione autem alimentorum obligatio illum alendi priori Ordini esse non potest; siquidem secunda Religio ob professionem in ea factam huiusmodi obligationem subiret enim inferuit, & acquirit. Ita Castro Palao *tom. 3. d. 3. de statu Relig. pun. 17. §. 2. n. 6.*

Profecto si Religiosus ille bona priori Ordini sub conditione expressa, quod si alioquin aliquando contigerit, se ad aliam transeat, relinquit, bona illa in sequentem Religionem transferantur: non dubito, cum translatus secum illa bona transferre, quia haec bona non fuere priori Ordini plene acquisita, sed dependent ad Religiosi perseverantiam. At si absque hac expressa conditione donant, ut fere semper accidit, censendus est absolute donasse, nec ius habet, ad bona illa in alterum Ordinem transferendi. Certè concedens moniales dote Monasterio concedere in sui alimenta: unde infero, Monasterio teneri eas alere, dum inibi persistunt; non tamen inde inferri, quod volentes exire, & aliud inire Conuentum eas inibi alere teneantur, seu dotare. Non enim sub hac conditione dos a priori Monasterio fuit accepta.

D V B I V M XXXIX.

Religiosus absolute, seu in perpetuum a Religione expulsus sibi non acquirit, bona potest tamen administrare?

163 *Nonnulla supponit.* Iussit sit expulsus (ut semper est praesumendum) pro limitato tempore, omnia ab eo acquisita Religioni expellenti cedunt. Quia cum omnibus his, finito expulsi tempore, debet ad eam reuerti. Suar. *to 4. de Relig. tr. 8. l. 3. c. 6. n. 19.* At si absolute seu in perpetuum sit expulsus, communi ex sententia Monasterio minime acquirit, eo quod cum illo iam communicationem non habeat & illum a se expellendo omnia illius simul abicere

Seet. II. de Profef. Religiofa Dubia. 203

abdicere videtur. Sanch. l. 7. Decal. c. 3. n. 26. controuerfia vero est inter Doctores, cum illi acquiritur, si monasterio non acquiritur: An sibi ipsi acquiritur?

166 *Sibi non acquiritur, nec administrationem.*
Non acquirit sibi, sed Deo, administrationem Episcopo in cuius recidit obedientia, quia sibi ob incapacitatem, quam ex professione habet, acquirere non potest. Sic Nauar. comment. 2. de Regular. numer. 33. Vel dicendum est, de iis bonis indicandum esse ac de bonis vacantibus, quæ ad Principem, vel Republicam demerunt, ac proinde Pontifici acquiri, & nomine ipsius Episcopo, vel Ecclesiæ, quæ, illo vita functo, bona distribuere poterit. Sic Sayr. in clauis. l. 6. c. 9. n. 18. Sanch. l. 7. Decal. c. 3. n. 28. Azor. to. 1. lib. 12. capite 16. quest. 9.

167 *Sibi acquiritur administrationem.*
Sibi quidem acquirit administrationem liberam, esto ad dominium minime, quia hoc necessarium est expulsionis statui. De illis tamen testari non potest, quia ei concessum non est, nec adest necessitas concedendi. Ita Lel. l. 2. cap. 4. dub. 15. num. 113. Molina to. 1. d. 140. circa finem.

168 *Auctoris resolutio.*
Scio aliquos asseruisse, huiusmodi Religiosum nulli acquirere, quia nullus est. Sed absque fundamento sententiam esse iudicio. Ad sententiam illam Nauarri asserentis dominium bonorum acquirit Deo, administrationem vero Episcopo, respondeo, omnia bona temporalia in dominium humanum cadere debere, & non tantum in diuinum. Deinde Episcopo nullatenus horum bonorum administrationem competere posse, cum Religiosus expulsus in eius obedientiam non recidat, atque quam alij Clerici seculares. Præterea Religioso illi concessa est administratio, & vñs bonorum durante expulsionem, eam cum perpetua non est, & ille Conuentui acquirit. Ergo Episcopo minime competit.

DVBIVM XL.

Religiosus expulsus habetne ita liberam administrationem bonorum, ut valeat ea expendere etiam in vanos, vel illicitos usus: validaque sit distributio, sicuti à Clerico seculari facta?

168 *Distribuire ea valide potest.*
Distribuire ea potest, valideque erit distribui, quia licet dominium bonorum non habeat, habet tamen illorum administrationem, ac si dominium haberet. Et quidem vñ receptum est, sic insistentes bona, & sic recipientes administrationem, ad restitutionem non teneri. Sic Lels. lib. secund. capit. 41. dub. 15. n. 113. Molina to. 2. ir. 2. d. 276. vers. Quæ ad ceteros.

170 *Non potest ea valde distribuere.*
Non potest ea bona in vsus prauos expendere, sed in vsus honestos, & eius statui, conuenientes, & aliter distributa erunt obnoxia restitutioni, quia non est, credendum, Religionem, vel Ecclesiā, cui illa bona quoad dominium ac proprietatem competunt, eam expulso illi administrationem concedere, vt

in quocumque vsus etiam vanos, & turpes possit expendere, cum concessionis hic modus nec necessarius sit, nec decens. Ita Suius tomo quarto de Relig. tract. 8. l. 3. c. 6. num. 21.

Et quidem vt Dub. 39. & præsentis vberius satisfaciā, assero probabilis esse, Quia dicendum, vberius expendere omnia à Religioso absolute electo vel ad tempus, acquiritur Religionem quoad proprietatem, & dominium cedere. Quia ex eo quod illam vt sibi inutilem, & nocuum abiecit: non infertur, bona ab eo acquisita abicere, cum hæc non sibi nocuum, sed vtilitatem afferant. Item Religio non cum ita efficaciter abiicit, quin emendatum non possit, imò debeat admittere. Signum ergo est, Religionem non amissile expulsionem in illum ac in bona quæstam. Denique iure statutum est, omnia bona Religiosi cedere Religionem. Sed ab hoc iure electus non reperitur exemptus: Ergo eius bona Religionem cedunt. Mecum Molina to. 1. d. 140. Lessius l. 2. c. 41. dub. 15. num. 112. Suar. tom. 4. de Relig. tr. 8. l. 3. cap. 6. numer. 22.

DVBIVM XLI.

Gravis, vel levis materia in voto paupertatis desumiturne absolute ex proportionem ad leuem, vel grauem furti materiam?

172 *Desumitur absolute in iuxta furti materiam.*
Desumitur gravis vel levis violatio voti paupertatis ex materia furti, vt illa sit in paupertate Religiosa gravis materia, graueque peccatum constituat, quæ ex le in furto gravis est, graueque peccatum constituit: illa vero sit levis materia, ac leue piaculum, quæ in furto levis est, nec venialem culpam excedit. Dixi Quæ ex se in furto gravis est. Ex se inquam, id est exclusis circumstantiis. Nam certum est, sæpe esse graue furti peccatum, si ab homine paupere argentum vñm surripias, vel duos, ob damnum graue, quo inde afficitur: è contra vero esse leue peccatum, surripere à Rege vel homine diuissimo duos, vel tres aureos, si solummodo damnum, quod inde accepit, spectetur. Non igitur ex hac diuersitate grauitas, vel lenitas violationis paupertatis voti est, desumenda, sed ex materia furti secundum se, quia eius grauitas vel lenitas desumenda est ex eo quod res suscepta grauius conducat ad humanas actiones. Sic Azor. tom. 1. l. 12. cap. 12. quest. 6. Sanch. l. 7. Decalog. cap. 20. num. secund. Nauar. lib. tertio consil. titulo de Regularibus cons. 75. numero 18.

173 *Non absolute desumitur.*
Non desumitur absolute grauitas vel lenitas in materia paupertatis ex leuitate vel grauitate materie furti, quia sæpe stante violatione iustitiæ in furto scilicet leui secundum se, violatio paupertatis graui esse potest, quia maior quantitas ad grauem iustitiæ violationem videtur requiri, quam voti paupertatis violationem. Nam violationis iustitiæ grauitas desumitur ex læsione proximo facta in bonis

bonis externis ad usum vitæ necessariis quæ latiore viam habet, quam paupertatis lætio, quæ delimitur ex infidelitate, quam in Deum Religiosus præstat, non exequendo promissa quæ infidelitas, utpote diuini cultus omisso ad sui granitatem leuiori materia contenta est. Ergo granitas vel leuitas materiæ in voto paupertatis non est absolute sumenda ex proportionem ad furti materiam secundum se. Ita Suar. tom. 3. de Relig. l. 8. c. 6. num. 9. Palao 10. 3. d. 3. de statu Relig. punct. 20. n. 3.

174 Hoc teneo, & confirmo ex voto etrogandi in pauperes tres vel quatuor argenteos, cuius transgressio grauis esset censenda, & lethale peccatum ob diuini cultus notabilem imminutionem: tamen in materia furti tres vel quatuor argentei leuis materia reputetur. Cum igitur in voto eleemosynæ quatuor argentei censendi sint materia grauis: eorum etiam dispositio, inuito superiore, in materia paupertatis grauis censenda erit. Lege Suarium.

DVBIVM XLII.

An delinquere possit Religiosus aduersus iustitiam, quin peccet aduersus votum paupertatis?

175 Nonnulla suppono.

Quoties Religiosus peccatū perpetrat aduersus paupertatis votū sepe simul furti & iniustitiae peccatum committit, non autem semper. Verum quoties res monasterij vel expendit vel à secularibus sibi absolute donatas recipit, retinet, vel expendit, superiore in consilio, peccatum proprietatis & furti perpetrat: quia est iniustum Monasterium in cuius dominium sunt translatae. At si secularis sic tibi donata concederet, ut nollet, in monasterium eorum dominium, ac administrationem transire: solum peccatum sacrilegij aduersus paupertatis votum committeret, illis vtendo: non tamen furti, & iniustitiae: cum dominus non sit iniustus. E contra autem quæserim, nūm Religiosus delinquere possit aduersus iustitiam, quin peccet aduersus paupertatis votum?

176 Potest quidem.

Potest equidem, quia id accidit, si à secularibus furetur, non sibi retinendum, sed Monasterio dandum vel aliena contra dominii voluntatem destituit, quia in his actionibus nihil sibi usurpat. Et idem est, si ex voluntate superioris furtum commissum retineret: peccaret, inquam, contra iustitiam, sed non contra paupertatis votum. Non enim proprio, sed alieno nomine rem usurpat, sic Sanchez lib. 7. Decalog. capite 20. n. 10. Suar. 10. 3. de Relig. l. 8. c. 11. n. 15.

177 Minime potest.

Minime potest, quia rei temporalis usus, & administratio sine superioris legitima licentia paupertatis violationem constituit. At furans rem alienam, ut Monasterio tradat, cui tradere non potest, alienam rem usurpat, illaque absque legitima superioris facultate vtitur: Ergo delinquit contra paupertatis votum. Ita Valentia 2. 2. d. 10. q. 4. punct. 3. Lessi. l. 2. c. 41. d. 9. n. 79.

Cum his probabilis opinor. Non enim illud excusat, quod illa accipiat, ut Monasterio tradat. Ea enim traditio nulla est, si non excusaret, si ea acciperet, ut traderet seculari cuique. Neque enim liberat à paupertatis transgressione, quod ex superioris voluntate furtum committat, quia superioris ea voluntas utpote iniqua, nullus est effectus. Nam superior concedere non potest sibi subditis recipere, quæ ipse nequit administrare.

178 Cum his probabilis opinor.

DVBIVM XLIII.

Violaturne paupertatis votum, si Religiosus res usu non consumptibiles palam habeat: ita tamen cum aliis rebus ex superioris licentia possessis immixta, ut vix superior distinguere possit, vel inuenire?

Quæ accipere Religiosus potest, vel sunt bona conuentus, vel externo Plurimum. Si conuentus sint, eaque in colo circa usum proprium occultat, moraliter peccat grauem, ac contra iustitiam, & Religionem, si grauis materia existat. Quia nomine proprio vitur re teriam voti pretio æstimabili, inuito domino. Suar. tom. paupertatis 3. de Relig. l. 8. c. 11. num. 59. Ex comestibilibus, quæ communiter Religiosorum sustentationi designantur, si ad luum usum recitum consumpiant, multo grauior materia desideratur, ut inueniant. lethali peccet, quia superiores in hac parte non sunt æque iniusti, sed instar patris cum filio se habent. Sanchez l. 7. Decalog. c. 21. num. 31. Quanti vero comestibilia hac sint æstimanda, ut occulte accepta materiam grauem, & peccatum lethale continent, prudenti arbitrio esse definiendum asserit Suarius ubi supra. Porro si paulatim ille modica accipiat, etiam cum animo firmo persistendi in ea iniqua acceptione, peccatum lethale non committit, nisi forte Religioni grauis damnificatio fiat, Religiosusque alij debita sustentatione priuentur. Sanchez l. 7. Decalog. c. 21. numer. 31. At si simul hæc comestibilia accipiat, ut occulte retineat, & paulatim absumat: credit Palao tom. 3. d. 3. de statu Relig. punct. 21. num. 2. enim lethali peccatum, si valorem vnius aurei excederet, quia grauem deformitatem, huiusmodi acceptio & retentio continet, meritoque superior est iniustus; si autem comestibilia accipiat à conuentu, ut vendat, vel externis distribuatur, minor quantitas sufficit ad mortale peccatum constitutendum, quia in eo usu utpote Religioni magis nocivo superior iniustus magis est. Lessius l. 2. cap. 12. dub. 8. numer. 48. Verum si quæ ex conuentu accipit, non sint usu præsentaneo consumptibilia, qualia sunt libri, imagines, horologia, vestes, &c. distinxerim, vel ea accipit, ut occulte retineat, & inscio superiore vtatur, ne possit ab eo auferre si libeat manifestum est eum usum esse mortaliter peccaminosum, si per longum tempus vnius scilicet anni fiat. Suar. tom. 3. de Relig. l. 8.

Seçt. II. de Profel. Religiofa Dubia. 205

1.8.c.12. n.4. Quid verò fe non occultè retineat, fed palam habeat, ita tamen cum alijs rebus ex fuperioris facultate poffeffis immixta, vt vix fuperior valeat diftinguere, & invenire.

180 Non violatur graniter paupertas, fi non in perpetuum, fed ad tempus ea fi velit ille retinere, licet diuturno tempore horum, retentio continetur. Quia eis vitur velat in deposito habitis, nec grani ideo Monasterium incommodo afficitur. Sic Azor. tom. 1. l.12.c.12.g.3.

181 Graniter violatur. Grauter paupertas violatur, fi longo tempore eorum retentio producat. Quia eft retentio abfque fuperioris placito ita occulta, vt fuperior moraliter loquendo his retentis vti non poffit, nec de illis pro libito difponere. Ita Suar. tom. 3. de Relig. l.8. c.12. numer. 4. & 6. Sanch. l.7. Decal. cap. 19. num. 57.

182 Hinc fententia ad hanc. Probabiliori huic hæreo fententia. Nam licet à principio ex voluntate fuperioris ea ille acceperit, fi poftea timens, ne ea afferat, vult ita celare, vt nequeat fuperior pro libito auferre: proprietatis crimen incurrit. Quia vult poffidere rem irrevocabiliter, & independentè à fuperioris voluntate. Addiderim, fi accipiat ab externis gravem quantitatem, vt fibi reletuer, eaque vitur, graniter delinquit; fi verò recipiat, vt fuperiori tradat, rarè poterit effe lethale. Demum accipere à fecularibus pecuniam in cuftodiam, vt opportuna occasione ex licentia fuperioris vitur, crediderim gravem culpam non effe. Quia nec dominium, nec vltim, neque adminiftrationem illius pecuniae acceptat: fed hæc omnia vult effe apud deponentem folo officio cuftodis admiffio. Laym. l.4. tract. 5. cap. 7. g. 1.

DVBIVM XLIV.

Vi Religiofus à transgreffione voti paupertatis excufetur, neceffarione debet, licentiam à fuperiore abfque iniuftitia habere.

183 Statu quæftionis. Certum eft licentiam debere effe voluntariam, non vi extortam. Ad actus turpes concessam, effe nullam, idemque ad vanos, ac fuperfluos. Quæftio autem, an vt quis à transgreffione voti paupertatis liberetur, debeat neceffario licentiam à fuperiore abfque iniuftitia collatam habere.

184 Debet neceffario licentia effe iufta, id eft, abfque iniuftitia conceffa; fi enim ex Prælati voluntate furtipiar aliena, & de ipfis difponat: non folùm iniuftus, fed & facrilagus auctus paupertatis votum erit. Quia Prælati potestatem non habet de alienis rebus, fuis dominis iniuftis, difponendi: Ergò ne potestatem habet, vt Religiofo illi huiusmodi difpofitionem concedat. Ergo cum de facto concedit, ea concessio eft nulla, Esch & Mend. Turcol. Moral. Tom. VII.

neque in ea concedenda vt fuperiorem, ac prælatum à Deo conftitutum le gerit. Debet igitur licentia effe iufta, vt vitium violationis paupertatis excuset. Sic Nauar. comment. 2. de Regularib. n. 21. Nanarra l. 3. de refist. c. 1. p. 3. dub. 1. n. 168. & alij relati à fancio, l. 7. Decal. c. 19. n. 1.

Non debet neceffario iufta effe licentia. 185 Quia Religiofus non obligatur ex voto paupertatis vitare iniuftitiam, fed folummodo neceffario paupertatem, quæ in eo confiftit, nè rebus iufta effe temporalibus proprio nomine vitur. At cum licentia aliena ex fuperioris confenfu furtipit, & de illis difponit: non proprio, fed alieno nomine illis vitur: Ergò vitat proprietatem. Igitur non eft neceffaria licentia iufta pro vitanda paupertatis transgreffione. Ita Suar. tom. 3. de Relig. l. 8. c. 11. n. 15. & alij plures à fancio citati vbi f. n. 20.

Sapientiffimo Doctori Suario labens fubferibo. Nam fi pro iuffragio ferendo, vel Idem affir- opere feruili in die fefto aliquid ex licentia mo- fuperioris accipias, & expendas: valida eft acceptio, ac diftributio. Ergo fignum eft, validam effe licentiam tamen inique impendatur. Ergo ad vitandam paupertatis voti violationem, quæcumque licentia, fiue iufta fit, fiue iniufta fufficiet.

DVBIVM XLV.

Vi Religiofus votum paupertatis non transgrediatur, fufficiunt præfumpta fuperioris licentia?

187 Licentiam fuperioris debere effe expreffam, vel tacitam faltem affirmant omnes. Illam voco tacitam licentiam, fuppono. quæ virtute in alia expreffa continetur, vt fi fuperior tibi impertiat licentiam peregrinationem inftituendi, nec prohibeat, aliquid recipere, & recepta expendere: eo ipfo cenfetur concessiffe. Sanez tomo. 2. tertio de Religiofo libro octavo capite 11. numero feptim. Item fi confuetudine fit receptum, te poffe aliqua recipere, retinere, vel expendere, & fuperior confuetudinem non reuocet, cum poffit: ea omnia cenfetur approbare. Sanchez libro feptimo Decalog. capite 19. numero feptimo. Quæftio folum eft de licentia præfumpta, quando fcilicet Religiofus præfumat, fuperiorem datum fore licentiam, fi ab eo peteret, & ille præ verecundia, alioue humano refpectu petere omittit, an eo cafu à proprietatis vitio excufetur ex licentia præfumpta?

Non fufficit huiusmodi licentia, vt 188 Religiofus votum paupertatis non transgre- diatur. Quia cum de facto non fit fuperioris licentia difpofitio præfetur. Sic nonnulli, quos confultui Doctores.

Sufficit profecto, ad vitium proprietatis vitandum. Quia ad hunc effectum fufficiet fatis fane.

fatis est, quod voluntati superioris saltem futurae nixus ille operetur, sic enim ad vitandum futurum, ex praesumptio de voluntate Domini sufficit, ut constat ex leg. *Iner omnes ff. de furtis, §. Relle.* à fortiori sufficit ad vitandam proprietatem. Ita Nauar. *comment. 2. de Regular. n. 20.* Nauar. *l. 3. de resit. c. 1. p. 3. dub. 1. n. 160.* Azor. *p. 1. c. 12. l. 12. g. 2. 3. & 4.* Sanch. *l. 7. Dec. c. 19. n. 4.* Suar. *to. 3. de Relig. l. 8. c. 11. n. 4.*

190
Cum his
opinor.

Certe non credam vouentes paupertatem strictius se obligare voluisse, igitur ex praesumpta superioris voluntate Religiosus à proprietatis piaculo excusatur.

DVBIUM XLVI.

Sufficitne probabilis cognitio voluntatis superioris futurae circa licentiam impetrandam, ut praesumptio illius liberet Religiosum à piaculo proprietatis?

191
Non sufficit
probabilis
cognitio.

Non sufficit cognitio probabilis, sed certa requiritur. Quia alias aderit periculum operandi absque villa licentia, & absque superioris voluntate. Sic Mol. *to. 2. d. 276.* circa finem Petrus de Ledel. *to. 1. sum. tr. 8. c. 21. diff. 7.*

192
Probabilis
cognitio
sufficit.

Probabilis cognitio sufficit. Quia sic operans, moraliter certus est de superioris voluntate, neque periculo morali operandi sine licentia exponitur, esto physico exponatur. Ita Nauar. *comment. 2. de Regular. n. 20. & sum. c. 17. n. 5. l. 1. c. 2. dub. 8. n. 49.* Mendoza *quodlib. 9. c. 8. concl. 8.* Sanch. *l. 7. Dec. c. 19. n. 13.* Suar. *to. 3. de Relig. l. 8. c. 11. n. 11.*

193
Idem de
fendo

Idem teneo. Sed moneo, in hac receptione, & bonorum dispositione ferè semper peccatum veniale committi, eo quod superior cum commode audiri potest, agere ferat hanc clandestinam, ac furtivam receptionem, ac dispositionem, ut potè Religiosae observantiae, & paupertatis puritati satis aduersam. Attamen quia haec contradictio, solum est de modo clandestino, ac furtivo, non de ipsa receptione, & dispositione culpam venialem non excidit. Mecum Suarius, Sancius, & Nauarrus citati.

CAPVT VIII.

Circa Regularem Obedientiam.

DVBIUM XLVII.

Episcopus habetne potestatem compellendi Religiosos non exemptos ex vi voti obedientiae ab eis emissi, ad observantiam regularem?

194
Plura

Certum est, pontificem summum potestatem habere obligandi quoslibet Religio-

fos ad Regularem observantiam, non solum ex iurisdictione sibi à Christo concessa, sed etià ex obedientiae voto, quod ipsi censendum est emitti, tanquam supremo omnium Religionum Generali. Quia cum ipse omnium Praetorum caput sit, ab eoque eorum iurisdictione dependat: conueniens erat, ut obligatio illis ex voto acquisita, efficacius ei acquireretur Sanch. *l. 6. Dec. c. 1. n. 8.* Laym. *l. 4. tr. 5. c. 8. n. 3.* Si verò de Episcopo loquamur, duo certa praemittito. Primum, monialibus sibi subiectis posse in virtute obedientiae praecipere. Quia illarum superior est, instar aliorum Praetorum Regularium. Secundum in Religiosos exemptos (quales sunt ferè alij omnes Religiosi) non habere ex vi voti potestatem praecipendi. Quia absolute non est eorum superior quoad Regularem observantiam: tamen in aliquibus actionibus ad disciplinam Ecclesiasticam pertinentibus eos subiectos habeat: videlicet in librorum impressione, in audiendarum confessionum, & officij praedicandi licentia, in oblatione festorum, & censurarum, in assensu ad publicas processiones, in componendis de praecedentia locorum controuersiis, in Religiosis publice delinquentis punitione, in paelae profecturae exploratione voluntatis. Quos tamen Religiosos si priuilegium habeat à Sede Apostolica, ne possint excommunicari, suspendi, & interdicti (quale habent omnes Mendicantes ex eorum compend. v. *exemptio. n. 9. 2. 3. & 24.* & societas Iesu ex Bulla Pauli III. edita anno 1549. & omnes alij Religiosi, qui in Mendicantium priuilegiis communicant) nequit Episcopus ad haec obseruanda censuris Ecclesiasticis cogere, nisi in casibus à Trident. expressis: videlicet, cum absque licentia celebrant in oratorio privato, & horis non debitis, superstitionesve in celebratione admittunt, *sessio. 22.* vel quando claustrum Monialium tentant impedire, *sessio. 25. cap. 5.* vel cum nolant bona nonitis respicientibus restituere eodem *sessio. cap. 16.* In aliis autem casibus depositione, detractione in archus Monasterium, aliisve poenis arbitrariis procedere debet. Sanch. *l. 7. de matr. d. 3. n. 23.* Barb. *p. 3. de potest. Episc. allegat. 78. n. 25.* Quæstio vero est de Episcopo comparatione Religiosorum non exemptorum (si qui ultra Moniales sint) an habeat potestatem ex vi voti obedientiae ab illis emissi, eos ad observantiam Regularem compellendi?

Potestatem non habet. Quia ex iuribus constat, solum debere admitti compulsionem in iis, quæ pertinent ad Ecclesiasticam disciplinam, in qua Episcopus Praetato Regulari est praefendus, sic Sanchez libro sexto Decalog. cap. prim. numero 13. aliis relatis. Layman. libro quart. tractat. quint. cap. octauo numero secund. & videtur esse Diu. Thomæ in 2. dist. 44. *exposit. littera ad 3.*

Habet quidem potestatem, ut cogat huiusmodi Religiosos ad Regularem observantiam non solum ex potestate iurisdictionis, sed etiam ex potestate dominativa orta ex voto obedientiae, & traditione Religiosorum sibi facta. Quia si hi Religiosi non essent obligati Episcopo obedi-

Pontifici,
Episcopi
que potest.
in Reli
giosos.

195
Non potest
eos compellere.

196
Compellere
potest.

SeCt. II. de Profes. Religiosa Dubia. 207

dire, sed suo Regulari Prælati in pertinen-
tibus ad Regularem observantiam, absolute
exempti esse ab Episcopi iurisdictione, quod
est contra suppositum. Ita Petr. Ledesma 1. 2.
sum. 17. 10. 6. 7. notab. 2. Inclinat Suar. 10. 3. de
Relig. 1. 10. c. 1. n. 15. Tenet Palao 10. 3. d. 4. de
statu Relig. pun. 2. n. 6.

197
Hanc eligo
sententiam.
Sciens, primam sententiam esse communem,
adhuc reor secundam esse probabiliorem.
Nam Prælati Regularis huiusmodi Reli-
giolorum aut habet in eos iurisdictionem
immediate à Papa, aut medio Episcopo. Si
immediate à summo prælati, erit Religio
exempta, de qua non est sermo. Si medio
Episcopo; ergo Episcopo vixitè princi-
pali Prælati, & à quo Regularis Prælati
iurisdictione dependet, obedientia promittitur.
Habet igitur potestatem, eos ad Regula-
rem observantiam compellendi.

D V B I V M XLVIII.

*Estne in peccato lethali Religiosus ex
consuetudine violans regulas sub
mortali non obligantes?*

198
Nonnulla
circa regu-
las certa
præmittit.
N Religionibus præscribuntur regulæ
obligantes sub mortali, vel sub veniali,
vel ad nullam culpam; quæ dixeritis ex
verbis constitutionis, & ex cuiusvis Ordinis
consuetudine est desumenda. Si regula
obliget sub mortali, illius transgressio mortalis
erit contra obedientiam votum, si sub
veniali solum, transgressio illius contra votum
venialis existit. Potest autem ex duplici
capite ad veniale obligare. Primo ex levi-
tate materiæ. Secundo ex voluntate legisla-
toris. At si per se regula ad nullam culpam
obliget, ut sunt regulæ Sanctissimi Ordinis
prædicatorum, minorum, & Societatis Iesu:
illius transgressio ob votum obedientie nul-
lam culpam inducit, quia illud votum non
est de servanda illa regula, sed de servandis
Religionis præceptis sive à iure, sive ab ho-
mine latis. At regula nullam in consci-
entia obligationem ad sui executionem in-
ducens præcepta non sunt. Ergo de il-
lis non est obedientie votum. Suar. 10. 3.
de Relig. c. 7. n. 13. Sanch. l. 6. Decal. c. 4. n. 11.
& 12. sum. c. 1. n. 2. Verum licet violans regu-
las nullam coram Deo culpam haberes,
non inde excularis subire poenam transgres-
sionibus præscriptam, quia hæc poena, quæ
proprie poena non est, sed quædam poenali-
tas, non ob culpam mortalem, sed Regularem
imponi potest. Suar. 10. 3. de Relig. l. 20. c. 7.
n. 16. & 10. 4. tr. 8. l. 1. c. 2. num. 6. Credi-
derim verò regulariter culpam venialem in
transgressione cuiusvis regulæ committi. Tum
quia non recto fine transgressor ducitur, sed
ex otiositate, torpore, ac libidine. Tum quia
occasionem exhibet Religiosæ disciplinæ la-
befactæ. Laym. l. 4. tr. 5. c. 8. n. 7. Valq. 1. 2. c.
2. d. 25. c. 3. n. 16. Sanch. l. 6. Decal. c. 4. n. 14.
Quæserim autem circa Religiosum, qui con-
suetudinem habet transgrediendi regulas sub
Escr. & Mend. Theol. Moral. Tom. VII.

nulla culpa obligâtes, vel obligantes ad veniale
tantum, an in peccati mortalis existat statu?

199
In mortali existit, quia assuetus transgredi
regulas, caret proposito firmo eas servandi: *non mortalis
existit.*
Ergo à perfectionis via deficit, quam assum-
ptione Religiosi status professus est. Ergo in
lethali culpæ statu persistit. Et quidem hæc
prava consuetudine affectus, non se vult
subiicere regulæ. Ergo illam contemnit: At
contemptus regulæ est mortale. Ergo sic D.
Th. 2. 2. q. 186. a. 9. Caietan. ibi.

200
Non existit in mortali per se loquendo,
qui intentionem servandi eiusmodi regulas
non habet. Quia consuetudo eam solum cul-
pam inducit, quam inducunt actus, ex qui-
bus coalescit: nam ab ipsis non distinguitur.
At actus, ex quibus consuetudo hæc coale-
scit, nullam culpam habet, vel tantum venia-
lem; nam amnes ille regulæ vel ad nullam
obligant culpam, vel ad venialem solum: Er-
go neque consuetudo mortalem inducit, trans-
gressionem. Ita Suar. 10. 4. de Relig. tr. 8. l. 1. c. 4.
a. num. 10. latè id confirmans Palao 10. 3. d. 4. de
statu Relig. pun. 3. n. 6.

201
Cum his longè probabilius opinor, quia
non est propositum transgressionis alicuius
obligationis sub mortali, (esto quod quis
propositum haberet illas nunquam obser-
vandi) cum omnes hæc regulæ obligationem
venialis piaculi non excedant. Neque in hoc
proposito est periculum mortale, ac proximè
transgrediendi aliquam regulam sub mortali
obligantem, si quidem comparari potest cum
illius firma observatione. Neque infertur, il-
lum hæc prava consuetudine regulas propriè
contemnere: alias quoties quis vellet aliquā
regulam violare, censendus esset illius con-
temptor esse, & peccati mortalis reus, quod
fallum proculdubio est. Requiritur etenim
ad contemptum ut regulam violet tanquam
inutilem, frivolum, & nullius considerationis:
vel eam violet animo determinato ob illius
transgressionem poenæ se minime subiiciendi,
sed resistendi prælati, seculæ verò hac inten-
tione, nec propositum violandi regulas, nec il-
larum violatio est formalis contemptus. Nec
denique ex hoc proposito pravaque consue-
tudo fit, Religiosum à via perfectionis in-
cepta desistere in necessariis, qualia sunt ob-
servatio votorum, ac præceptorum Religio-
nis: licet in accidentibus, & leuem obliga-
tionem inducentibus deflectat. Dixere autem
Suarius & palao notanter *Per se* peccatum
lethale non committere. Nam per accidens
credunt sepe peccati lethalis reos esse Reli-
giosos huiusmodi, nisi efficaciter proponant,
ac procurent, ab ea prava consuetudine re-
cedere. Contingit autem hoc peccatum, cum
Religiosus advertit, ex suo irregulari modo
operandi grave detrimentum & sibi, & Reli-
gioni accidere.

S 2

DVBIVM

DV BIVM XLIX.

Praelatus Regularis potestne subditis praescribere expeditionem ad Indos, vel haereticos, aliosve infideles, eorum conversioni daturis operam

202
Plura reco-
lo circa
obedientia
obligatio-
nem.

Mihi certum, nequaquam posse Praelatum Religiosis sibi subditis praecipere, quae sunt absolute extra regulam. Quia nequit obligare suo praeepto subditos nisi secundum quod ipsi Religiosi se illi obediendo tradiderunt, est enim haec subiectio voluntaria. At Religiosi voto obedientie solum se tradiderunt obediendo in iis, quae secundum regulam fuerint. Ergo haec solum Praelatus praecipere poterit. Alias si qualibet honesta praecipere quiverit, potestatem haberet obligandi Religiosum, ad mutandum statum, quod falsum est. Igitur solum praecipere potest quae in regula obligante expresse, vel tacite continentur. Quia haec omnia obedientiae votum comprehendit. Aliquos tamen casus expendam, ex quibus alij colligi poterunt, an sub regula comprehendantur, & requiro in primis, an sub regula comprehendatur missio ad Indos, aliosve infideles, ita ut possit Praelatus sibi subditis hanc expeditionem imperare.

203
Praecipere
possunt ex
peditione ad
infideles.

Omnium Ordinum Praelati id praecipere possunt, omnium inquam, quorum institutum est, non solum propriae, sed etiam salutis proximorum incumbere. Quia ad hunc finem consequendum valde est eiusmodi expeditio necessaria. Sic aliqui Doctores, quos pressio nomine memorat. P. Castro Palao 10. 3. d. 4. de statu Relig. p. 4. n. 6. Sotus ita supponere videtur l. 7. de iust. g. 2. d. 4.

204
Id non pos-
sunt praeci-
pere.

Id non possunt praecipere. Quia ex solo illo sine generali procurandi proximorum salutem non satis probatur, sub regula illarum Religionum contineri missionem ad Indos, reliquosque infideles, & haereticos: quippe haec missio, horumque conversio, & si Ecclesiae valde sit necessaria, difficillima est, multisque periculis tum animae, tum corporis obnoxia: ad quae subeunda nemo praesumendus est obligatus ex generali promissione procurandi proximorum salutem, sed necessario requiritur specialis, ac expressa obligatio. Ita Suarez 10. 4. de Relig. tr. 10. l. 6. n. 22. Lel. l. 2. c. 4. dub. 9. n. 77. Sanchez l. 6. Decal. c. 2. n. 47. Man. 10. 3. q. 9. Resol. q. 19. n. 7. Lud. Lopez p. 1. instr. c. 36. vers. Et an Praelatus.

205
Cum his
opinor

Cum his opinor, dummodo in infidelium huiusmodi terris aliquis conventus Ordinis non sit edificatus. Nam si inibi conventus adesset, posset Praelatus Religiosos illic immittere, & ad ibi inhabitandum compellere. Quia non compelleret ad habitationem suae professioni alienam; sed maxime propriam, ac debitam, ut possit conservari. Nauar. comment. 3. de Regular. n. 22. Monuerim autem Religiosos Societatis Iesu non solum qui professi sunt quatuor votorum, sed omnes alios, tametsi solis biennij votis adstrictos immitti posse ad Indos, ac Sarracenos con-

vertendos, etiam si nulla domus, vel collegium Societatis inibi sit edificatum. Quia finis Societatis nobis cunctis propositus est, omnes Orbis peragrarare plagas, ubi maius Dei obsequium, & proximorum salus speratur.

DV BIVM L.

Religiosus ex vi Professionis factae ante regulae reformationem teneaturne eam reformatam observare?

Teneatur quidem, Quia illa non est nona austeritas, sed antiquae debita restitutio. Et quidem Religionis Praelato cum Capitulo generali concessum est, posse Religionem collapsam erigere, & constitutionibus denovo editis reparare, ne penitus depercat: sed hoc efficaciter praestare nequit, nisi simul valeat sibi subditos ad eam observantiam monitis, & praescriptis adducere: Ergo reformatione facta omnes Praelato circa eius observantiam obediunt. Sic Sylva. v. Relig. 6. q. 6. Az. 10. 1. l. 23. c. 11. q. 17. & 19. Valq. 1. 2. d. 154. c. 4. n. 15. Sanchez l. 6. Decal. c. 1. n. 35. plures citans Suarez 10. 3. de Relig. l. 10. c. 8. n. 19. Layman l. 4. tr. 5. c. 9. q. 4.

Non tenetur. Quia ex voto obedientiae solum quis obligari potest ad regulam observandam quatenus vigeret cum professio emittitur, non quatenus olim vigeat. Ita Castro Palao 10. 3. d. 4. de statu Relig. p. 4. n. 11.

Ego autem cum eodem Doctore crediderim, primam sententiam solummodo esse veram casu, quo reformatio iudicaretur maxime expediens, seu moraliter necessaria, ad conservationem Religionis assumptae in statu relaxationis, vel mitigationis per legitimam consuetudinem introducta. Quia obligari tantum ille potest ad observandamque necessaria sunt ad illius secundum statum conservandam, utpote tacite, & in virtute sacrae obedientiae sub regula comprehensa: non tamen ad statuta quae necessaria non sunt moraliter ad regulam mitigatam conservationem, quia sub illo voto nec expresse, nec tacite continentur. Alias posset ad novam Religionem obligari. Quod si rogetis, quando indicabitur reformatio moraliter necessaria ad Religionis assumptae conservationem? ex Laymani calamo l. 4. tr. 5. c. 9. q. 4. conf. 2. respondeo. Tunc reformatio regulae necessaria videri debet ad Regularis Ordinis conservationem, si cum praesenti observatione paucissimi ad perfectionem Religiosam pervenire studeant: si cum scandalo, & querela saecularium vivat, ut expediret magis religionem dissolvere, quam ita continuari: si neque essentialia vota, v. g. quae ad paupertatem Religiosam spectant, communiter observentur. Sic Laymanus.

DV BIVM

Seet. II. de Profes. Religiosa Dub. 209

D V B I V M L I.

*Abbatissa, vel Priorissa potestne, in
virtute sanctæ Obedientiæ suis
Monialibus præcipere.*

209 **N**on potest. Quia Abbatissa (inre Ec-
clesiastico saltem) incapax est spiritua-
lis iurisdictionis: At ad imperandam ex
virtute obedientie iurisdictionis spiritualis vi-
detur requiri: nam ille modus imperandi
finem spirituale spectat. Sic Sanch. l. 6.
sum. c. 1. n. 2. Victoria de potest. Eccles. q. 2.
num. 4.

210 **P**otest quidem. Quia cum à Religione sit
constituta Monasterij gubernatrix, & hanc
gubernationem nequeat convenienter præ-
stare absque iurisdictione: ideo ad imperan-
da, quæ expedire iudicaverit ad sui Mona-
sterij temporalem, seu politicam gubernationem,
iurisdictione est illi concessa. Vnde
potest Monialibus prohibere, ne cum exter-
nis loquantur, ne litteras scribant, vel acci-
pant, & alia similia, quæ recte gubernationi
domesticæ, & bono conventus nomini
congruunt. Ita Sotus in 4. dist. 20. q. 1. ar. 4.
Barthol. de Ledem. sum. ubi de clausura, dis-
fic. 4. dub. ult. Sanch. l. 6. Decal. c. 1. num. 17.
alios referens.

211 **N**on solum hanc longe probabiliorem
sententiam esse affirmo, sed addico, Abbatissam
ex vi voti obedientie non modo præ-
cipere posse ea, quæ iuranti, quatenus recte
domus gubernationi congruunt; sed quatenus
accidunt spirituali cuiuscunque profectui:
atque adeo præcipere posse omnia
illa, quæ iuxta regulas, & constitutiones
Monialis observare tenetur. Quia negari
non potest, quem posse voto simplici obli-
gari feminæ, vel laico obedire in iis, quæ
ipsi iudicaverint, ad eius spirituales pro-
fectum convenire, tamen ex hoc voto nul-
lam spirituales iurisdictionem obtineant.
Ergo credendum est ex intentione votum
emissum esse, cum id sit Religioni conve-
nientius.

D V B I V M L II.

*Religiosi ob delicta ad perpetuum carce-
rem vel ad vitæ remnes damnati pos-
suntne aufugere.*

212 **C**ertum est, Religiosum delinquentem
punitioni Prælati esse subiectum. Quia
est communitatis Regularis Pater, qui ra-
tione dominij professione acquisiti, & ratio-
ne iurisdictionis à Pontifice concessæ po-
testatem habet subditos puniendi. Vnde qui-
libet Regularis Prælati, etiam localis (nisi
ex consuetudine, aut constitutione Religio-
nis limitatum sit) potest Religiosum delin-
quentem excommunicationis, suspensionis,
Escol. & Mend. Theol. Moral. Tom. VII.

& interdicti personalis censuris innodare.
Quia huiusmodi potestatis concessio corre-
ptioni delinquentis, illiusque punitioni ne-
cessaria erat. Suar. tom. 4. de Relig. tract. 8. l. 2.
c. 9. n. 4. Porro Abbatissa his spiritualibus pœ-
nis coercere, punireque nequit Monialem
delinquentem. Quia iurisdictione Ecclesia-
stica caret, solumque ei à Pontifice concedi-
tur potestas dominativa gubernationi domus
necessaria. Quoad pœnas vero corporales
atinet, nulli Regulari Prælati concessum est
subditum delinquentem mortis pœna puni-
re. Quia id interdicitur, cap. Cum non ab ho-
mine, de iudiciis. Idem dicendum de mutila-
tione, ac de verberatione publica. Quia hu-
iusmodi punitio aliena est à Religiosa pietate,
& eiusdem rationis cum pœna mortis.
Suar. c. 10. n. 1. & 2. Habet autem potestatem
pœna tritemium delinquentem afficere sub-
ditum, si delictum ei pœnæ sit obnoxium,
scandalosum inquam, & nimium grave.
Sanch. l. 6. Decal. c. 8. n. 16. Pœnas demum
incarcerationis temporales, aut perpetuas, ie-
iuniorum & alias similes potest infligere, &
subditus eas exequi obligatur. Quæsierim
autem; an obligati sint pœnam tritemis, aut
perpetui carceris exequi pœnam, an fugere
possint.

Non sunt obligati, sed possunt aufugere.

213 **Q**uia secularis his pœnis damnatus licet
potest fugere: extra humanam enim pote-
statem esse videtur eum obligare, ut in
seipsum exequatur pœnam adeo acerbam,
& duram: sed votum obedientie censendum
non est aliter obligare, quam præceptum:
obligatio enim voti instar præcepti est: Ergo
cum præceptum humanum ad exequendam
illam pœnam non extendatur, neque etiam
votum debet extendi. Sic Bañes 2. 2. q.
69. art. 4. post 5. concl. Indicat Suarius tom. 4.
de Relig. tr. 10. l. 1. c. 3. n. 4.

213 **O**bligati sunt exequi eas pœnas, nec au-
fugere possunt. Quia obligari potest Reli-
giolus ex voto obedientie non solum ad sus-
tinendam iustam pœnam carceris, & tri-
temis, sed etiam ad eam non fugiendum,
cum condemnatus fuerit: at sic est præsu-
mendum quemlibet obligari velle, cum vo-
tum obedientie emittit: ergo fugere non
potest. Ita Sanch. l. 6. Decal. c. 8. n. 12. & 16.
Manu. tom. 2. qq. Regul. q. 22. art. 6. Sayr. in
claus. l. 12. c. 18. n. 9. Suar. ubi sn. 10. Salcedo
præf. c. 157. Palao tom. 3. d. 4. de statu Relig.
pun. 14. n. 10. Caiet. 2. 2. q. 69. art. 4. Nanar.
comment. 4. de Regular. n. 63.

214 **E**rgo quidem cum Sapientissimo meo Fer-
dinando de Castro Palao admodum eram
propensus ad primam sententiam sustinen-
dam: sed tamen cum eodem cogor secun-
dam probabiliorem quidem defendere com-
muniter à Doctoribus receptam. Quia licet
ex præcepto, & lege absolute quis non possit
obligari ad carcerem asperum non fugien-
dam: at ex obedientie voto potest obligari;
quia ita vovit. Certum tamen mihi, eum
fugere posse, si carcer ita sit durus, ut vitæ
periculum merito timeat, uti Navarrus, Say-
rus, Salcedo, & Saneius annotarunt.

Casu quo fas sit Religioso ex Sententia inferioris Prælati ad superiorem appellationem interponere: potestne (si occasio non suppetit appellandi) ad superiorem licentia ab inferiori non petita, iter arripere?

²¹⁵
Non potest. Non potest, quia Trident. *ses. 4.* Religiosis prohibet, à suis Conuentibus recedere, etiam prætextu ad superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint. Ergo prohibet Concilium supradictum recessum. Sic Suar. *tom. 4. de Relig. tr. 8. l. 2. c. 11. n. 15.*

²¹⁶
Potest quidem. Potest quidem. Quia si in eo casu permittitur verbalis appellatio, etiam permitti debet appellatio realis, quæ facta ipso sit iuxta textum in *Cap. Delicti. 2. de appellat.* Neque Concilium credendum est hunc recessum interdixisse; nam interdiceret debitam naturæ defensionem; neque item præsumi potest Religiosum voluisse se adstringere ad petendam licentiam à superiore grauantem, quando moraliter est certus, petitam non fore concessuram: sed potius timet, ob id amplius se esse grauandum. Ita Nauar.

comment. 2. de Regular. n. 61. Sanchez l. 6. Decalog. cap. 8. num. 17. Barbosa remiss. Concilij ses. 2. c. 4. Manu. tom. 1. q. 9. Regul. q. 30. n. 3. & in sum. cap. 45. num. 40. Azor. tom. 1. l. 12. c. 11. quest. 7. Sa v. Religio, n. 71.

Verius longè censeo, te posse in supradicto casu ad superiorem arripere viam, si occasio non suppetit interponendi appellationem, nec superiorem grauantem licentiam concessuram præsumis. Neque obstat, recessum à monasterio prætextu accedendi ad superiorem qualibet ex causa vrgenti semper fuisse prohibitum, & Concilium aliquid nouum prohibere voluisse: in hoc namque casu nil nouum prohibere, si huiusmodi progressum non prohibeat. Non inquam obstat, quia sufficit, si prohibitionem antiquam, & non satis cognitam renocet, si autem quis roget, quando nam licitum erit Religioso reculare superiorem suspectum, & reculatio sit admittenda? Respondeo, ei licere, quoties certitudine moraliter timet, superiorem grauit & iniuste illum diuexaturum, quia stante graui & iniusta vexatione, ei licet appellatio. Ergo & reculatio licet ad vitandam eam grauem, & iniustam vexationem. Nam eo casu, quo permittitur appellatio, antecedens reculatio permittitur, vt colligitur manifestè ex textu in *Cap. Super eo el. 2. de appellationibus per argumentum à contrario.* Sanchez l. 6. Decalog. cap. 8. num. 111.

